



**Pilei iureconsulti vetustissimi Opus, seu ordo, de ciuilium  
atque criminalium causarum iudicijs. : item, Summa Othonis  
de ordine iudiciario, una? cum alijs.**

<https://hdl.handle.net/1874/433513>



5.

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


L. Oct.

259












L. oct.

259<sup>4</sup>





L. 259. 7

PILEI IURE CON-  
SULTI VETVSTIS-  
simi Opus, seu ordo, de ciuiliū  
atque criminalium causa-  
rum iudicijs.

ITEM,

SVMMA OTHONIS DE  
ordine iudiciario, unā  
cum alijs.

*Samel*

*W. B. B. B.*


Que partim nunc primum, partim multo eti-  
am quam antea castigatius emendata, ac innume-  
ris locis aucta, opera ac studio D. Iustini Gob-  
leri Iureconsulti, &c. in lu-  
cem eduntur.

Cum gratia & priuilegio Imperia-  
li ad quinquennium.

*ex dono Buchely*

B A S I L E A E.





**I L L V S T R I S S I -**  
**M O A C M A G N A N I -**  
mo Principi , Philippo Landgrauio  
Hassiae , Comiti in Catzenelnpogen,  
Dietz, Nida, & Zigenhan, &c. Iu-  
stinus Gobler Goari-  
nus S. D.



**Q**VI disticha quondam de  
moribus edidit , siue is  
Cato , siue alius quispi-  
am uir prudens fuit , non  
frustra monuisse uidetur , inter a-  
lia salubria morum præcepta , hoc  
quoque , Foro te para , hoc est , ad  
forenses actiones ne imparatus ac-  
cedas . Nam qui in hac uitæ con-  
suetudine & communi hominum so-  
cietate aliquantum uersatus est ,  
non ignorat , uix uni ex milibus da-  
ri , etiam per sese quietissimo , ut  
α 2 non

## E P I S T O L A

non quandoque in foro & ante tribunal uel pro se ipso comparandum sit, uel pro amicis intercedendum. Quod si igitur forensium actionum rudis atque ignarus accedit, non mirum est, si cum molestia damnum etiam atque dispendium reportet, tum & fama nonnunquam periclitetur. Quamobrem de iniuria ne quis ob id conqueri, seu forensium actionum ignorantiam causari posset, certas personas quibus ea res demandaretur, ex legibus proponebant maiores nostri, ordinemque præscribebant, quo in causis tum ciuilibus tum criminalibus legitime progrediatur. Cum igitur ad distrahendas controuersias ac lites, ad conseruandam iustitiam

N V N C V P A T O R I A .

*Stitiam & tranquillitatem, inter  
ciues iudicia constituta sint, non au-  
tem iudicia absque ordine iuris at-  
que processu exerceri possint, eos  
autores & libros magni faciamus  
atque amemus oportet, qui nobis in  
foro disceptantibus uiam ac ratio-  
nem iuris præparant atque muniunt.*

*Hæc autem ad iuris ordinem ac di-  
sceptandi formam pertinent, Ci-  
tatio, actio, libellus, exceptio, re-  
plicatio, duplicatio, & quæ hanc  
sequuntur: item litis contestatio,  
probationes, testium examina, iu-  
ramenta sententiæ, appellationes.*

*De quibus ferè omnibus, & singu-  
latim pulchro ordine ex ueteribus  
tractat Pileus in præsentis libel-  
lo, quem cum Ioannes Oporinus*



## E P I S T O L A

typographus Basiliensis à nobis sibi  
 uellet impartiri, & eiusdem prope-  
 modum farinae ( quod dicitur ) iam  
 antea duos Othones , alterum de or-  
 dine iudiciario , alterum de possesso-  
 rij's iudicijs , utinã correctiores fuif-  
 sent excusi , tum & Blanascum de  
 actionum formulis emissemus , non  
 potui homini amico id officij dene-  
 gare , præsertim cum intelligerem  
 sic quoque ad studiosos ac symmistas  
 iuris utilitatem aliquam à nobis per-  
 uenturam esse. Quanquam aut mul-  
 ti multorum iudiciales hodie extant  
 processus , tamen paucos reperias ,  
 qui id quod polliceri uidentur , undi-  
 quaque præstent: quin etiam passim  
 multa in multis desiderentur. Nec  
 uerò possibile est, eam rem tam ua-  
 riam,

N V N C V P A T O R I A .

riam, implicatam, lateque patentem, ab uno aliquo præstari totam et integram, omnibus ditionibus convenientem: quòd usus quotidie alia atque alia poscat, & maxime uariant nationes: etiamsi proxime accessisse huc, & nihil omisisse, nihil non attigisse uideri uoluerit uir diligentissimus Guilhelmus Durantus.

Atqui tamen præ hoc cæteros qui et ætate & eruditione maiores extitere, aspernari, aut negligere, haudquaquam (meo iudicio) consentaneum aut probandum est: quandoquidem negari non potest, ex hoc Pileo, reliquisq; Durantum suos sublegisse manipulos, suaque spicilegia collegisse. Neque enim laude sua fraudandus est Pileus, aut a-

## E P I S T O L A

litorum æqualium quisquã, qui haud  
 certe suis carent dotibus, & in com-  
 munem rei iuridicæ utilitatem mul-  
 ta contulerunt. Hunc nobis uel ob  
 id etiam commendatiorem habere  
 debemus, quod ipsum, ni fallor, Mo-  
 guntiacum, hoc est Germanum, cla-  
 rissimus appellat Alciatus. nec ar-  
 bitror eum ulli ueterum iuris inter-  
 pretum, qui ab octingētis annis ex-  
 titere, cum doctrina tum facundia  
 facile cedere: sed dignum esse iudi-  
 co, ut cum egregia sui ingenij mo-  
 numenta, quibus iuris prudentiam il-  
 lustrauit, post se reliquerit, plu-  
 rimum etiam à uiris consultis & iu-  
 ris studiosis ametur ac conserue-  
 tur. Quorū cum pauca adhuc, quan-  
 tum ego quidem sciam, in lucem  
 in-

N V N C V P A T O R I A .

*integra prodire, & hunc proces-*  
*sum alicubi nactus essem, cū Que-*  
*stionum eiusdem uariorum ac di-*  
*uersorum casuum antiquo codice*  
*scripto, putabam me rem bonis uiris*  
*& symmistis meis non ingrati- fa-*  
*cturum esse, si typographo postulā-*  
*te, hunc processum & ordinem iudi-*  
*ciarium Pilei cum ipsis communem*  
*facerem. Ac idem quoque in Quæ-*  
*stionibus olim, quarum uetus mem-*  
*brana amplius triginta supra cen-*  
*tum continet, edendis, Deo propi-*  
*cio sumus facturi, & in studiosorum*  
*gratiam, & ne codex ille quamli-*  
*bet deprauatissime scriptus, ac pro-*  
*pemodū ob uetustatem cariemq; ob-*  
*literatus, prorsus intercidat inte-*  
*reat ue. Quod tum fieri metuendum*

## E P I S T O L A

esset, si uel in illiterati, uel qui communi rei literariae inuideat, hominis manus incidere: quo fato alios multos præclaros autores interiisse, minime dubium est. Iam et expectabam fateor, si forte aliunde daretur mihi aliud correctius exemplar, quod cum nostro conferre liceret: sed tamen frustra hæcenus, ut mihi uideor, expecto: nec est in animo, perpetuo luce Pileum, de iuris scientia optime meritum, quantum eius monumentorum ad nos peruenit, priuare. Vtinam autem hoc nostro studio adduceretur aliquis, commouereturque, ut si Quæstionum eius codicem alium haberet, eum uel nobis communicaret: uel si ita libeat, à nobis nostrum commodato ad usum euulgandi

N V N C V P A T O R I A .

di sumeret, ac eam diligentiam edendi, quæ fortasse à nobis deposcitur, præstaret, quo thesaurus ille *Quæ-  
stionum* in utramq; partem copiose disputatarum, à situ ac squalore uindicatus, & à mendis repurgatus ex integro restitueretur, & ad communem studiosorum utilitatem exire in publicum posset. Sed de eo uidebimus postea. Nunc quicquid est huius operæ atq; editiōis, tibi nominatim illustriss. Princeps ascribere dedicareq; uolui, in significationem meæ erga te obseruantia, officijq;, quod tibi ex ea qua es in studiosos bonitate, atque fauore singulari, probatum esse cupio. Nihil autem præclarius facere potes, nihil illustri memoria dignius, quam si por-

rò

E P I S T O L A

ro, ut cœpisti, pia ac meliora studia  
fouere atque prouehere, pacemque  
publicam sartam tectam habere  
perrexeris. Bene uale, Prin-  
ceps illustrissime, diu bonis studijs  
pietatiq; superstes atque in-  
columnis. Datum  
Munda.

CANDIDO LE-  
ctori.

Cum notus paucis interpres Pileus esset,  
Et sua squalerent lumina tecta situ:  
Non ego sum passus tantum iacuisse sepultum,  
Autorem iuris, iusticiæq; patrem:  
Sed uolui è tenebris dignos reuocare labores,  
Qui nullo occiderent tempore, necq; loco.





PILEI VITA EX AB-  
bate Spanhemensi.

**P**ileus Modicensis, siue ut alij uolunt Mo-  
guntinensis, utriusque iuris professor, &  
interpres celeberrimus, ingenio subtilis, sermo-  
ne scholasticus, scientia clarus, & cautus consi-  
lio, apud iuristas antiquiores in maximo precio  
habitus, scribendo et docendo in ea facultate ua-  
ria, nomen suū cū gloria transmisit ad notitiam  
posteritatis. de cuius opusculis inuenitur quæ-  
dam Summa notabilis, & non spernenda, quam  
prænotauit,

De ordine iudiciorum lib. 1. Inuocato  
Christi nomine, &c.

De cæteris autem quæ scripsit, nihil ad notiti-  
am meam peruenit.





# PILEI IURISCON-

SULTI VETVSTISSIMI O-

pus, seu Ordo, de Ciuiliū atq; crimi-  
naliū causarū iudicijs.

## DE INGRESSV IVDICII.



**V**M in iudicijs aliquis  
uelit agere, primum pe-  
titionem suam cum pe-  
titionis causa in suo li-  
bello debet explanare,  
qui libellus porrigen-  
dus est iudici ab actore, & per iudicem  
offerendus reo. Sed antequam actor ta-  
lem libellum iudici porrigat, satisfabit  
cum fideiussore, quod usq; ad finem li-  
tis permaneat, eamq; per se uel procura-  
torem suum exerceat. Etsi apparuerit  
eum non iuste mouisse litem, dabit pul-  
sator decimam partem quantitatis in li-  
bello comprehensæ, si constiterit per ip-  
sius sacramentum, quod fideiussorem et  
iuratoriam exponet cautionem, & in li-  
bello profiteri debet se omnia facturū.

*Oblatio li-  
belli.*

*Satisfactio  
rei.*

**b** Hocq;

2 PILEI IVRE CONSULTI

Hocq; uerum est generaliter, nisi causa moueatur ex consensu utriusq; partis, pura apud arbitros. Vel dico ex consensu utriusq; partis, id est cautione remissa, & quod melius est ut tunc cessent poenae, quae in authen. continentur. & haec omnia collige ex authent. generaliter autem, &c.

DE LIBELLI OBLATIONE.

**H**Oc facio iudex libellum recipit, et admonet reū ut ueniat. Cum uenit, debet actor iterum cautionem exponere in eum quem dicit obnoxium, uel in negocij executorem, quod infra duos menses litem contestabitur: uel si non fuerit litem cōtestatus, omne damnum in duplū refarciat reo, ira tamen, ut haec cautio non transcendat 36. aureos, ut habetur in illa authen. libellū uero. Licet quidam dicant, quod satisfactio continetur in illa authen. libellum uero, primū sit exponenda, quia respicit initium causae. Illa uero quae continetur in altera authen. generaliter autē iudex, etc. esse exponendam postea, quoniam causae finem respicit,

respicit. Potest tamen dici, quod statim iudex recipiat libellum, & actor præstet utranq; cautionem in simul, antequã iudex libellum reo porrigat: quod non est absolum dicere. Has namq; cautiones nostris temporibus non uidi. His igitur sic peractis reo libellus offeratur, et satisfabit iudicio sisti in hunc modũ, pignora, uel fidei iussores, uel iuratoriã cautionem exponendo, uel nudam repromissionem secundum qualitatem personarũ, sicut iudex prospexerit, & dabit spõrtulas, & gaudebit commodo induciarũ uiginti dierum, uel breuius tempus habebit, secundum quod iudici uisum fuerit, intra quod possit deliberare, uel it ne cedere an contendere, uel iudicem recusare, uel alium sibi associare, ut in illa authen. offeratur. Quoniam has inducias iudex arctare poterit, ar. ff. de iud. l. nunquam. & ff. de re iud. l. ij. & arg. C. de dilat. l. 1. Sed quidã dicũt quod non, cum istud sit beneficium legis. & beneficium quod datur à lege, non debet auferri à iudicante, ut arg. in authen. de di-

gnit. Superior autem opinio magis est in iudicio nostro frequentata. Sed iudicatū solui satisfare non debet is qui suo nomine conuenitur, ut in authen. de satisfd. Veruntamen hodie tenacissima hominum consuetudo uelut ferrea in contrarium tenet. Nam iudices statim libellum accipiūt ab actore, nulla dictarum satisfationum ab eo exacta uel præstita: sed ab utroq; & actore et reo bona accipiunt pignora. Irrepsit enim utilitas pignorum hodie: Vel fideiussores, si pignora dare nō possunt. Et hoc propter expensas quæ fiunt in causis, & in actis causarum, & propter decimas, quas iudices secundum uarias locorum consuetudines tollunt & accipiunt, et quandoque pignus uel fideiussores dātur à reo, quod stabit in iudicio. Sed si iurauerit actor uel reus se pignus uel fideiussores dare non posse, committendum erit iuratoriæ cautioni, quod dabit expensas & decimas, prout iudex petierit, & consuetudo exegerit, & quod stabit reus in iudicio secundum iudicis mandatum.

Reper.

CAVSARVM CRIM. ORDO. 3

Reperiuntur tamen casus, in quibus agere quis potest sine libelli oblatione, quoniam ibi libellus necessarius nō est. ut in authen. coll. vi. de iudic. §. iudex igitur. & arg. ff. de priua. delict. l. ult. & arg. ff. de transf. l. ult.

DE LIBELLI FORMVLA,  
seu conceptione.

**L**ibellus iste sic cōmode concipitur. Ego Scotus iudex Senensis cōqueror uobis de Marco, qui debet mihi x. libras, quas sibi commodaui, uel mutuaui, uel apud eum deposui, &c. Sed quid si actor dicit generaliter sic, cōqueror de Marco, an possit reus talem libellum recusare, & aliū petere? Respon. Prudentia iuris uidetur quod non, ex l. ult. C. de annal. except. Sed potest dici in contrarium, ut arg. in authent. de litig. §. ad excludēdas. Vbi inuenitur, quod actio debeat quantitatem, uel aliā rem, quam petit, in libello comprehendere. Item quæritur, an si actor quantitatem expresserit, causam ex qua debeat, cogendus



sit exponere. & uidetur quod nō, ex præ-  
 dicta l. ult. C. de ann. excep. Sed lex ista  
 loquitur quoad perpetuitatem actionū.  
 Si enim talis libellus fuerit receptus, ex  
 uoluntate, quoniam non ex necessitate  
 recipitur, perpetuatę sunt actiones, cum  
 per executorem reus fuerit admonitus,  
 ut C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. Sed est  
 iuris, quod actor semper causam ex qua  
 debetur, compellendus est exprimere, ut  
 ff. de excep. rei. & l. etiā. eodem. §. actio  
 nē. & ff. de noxal. act. l. in delictis. §. fide  
 recta, & ff. de furt. l. in actione furti. & l.  
 si quis uxori. §. si quis in alium. Et cum  
 quis petet speciem, utiq; certam debet pe-  
 tere, & dicere debet materiam, pondus,  
 & colorem si potest, ut ff. de pos. l. i. §. cū  
 quis agere. & ff. de furt. l. in act. Verbi  
 gratia: infectę materię debet dicere pon-  
 dus, puta unam placcam argēti, quę est  
 x. marcarum, et si fuerit materia signata,  
 debet dicere numerum, puta x. uel xx. se-  
 cundum differentiam. Sed si fuerit fa-  
 cta, debet dicere speciem, uidelicet scy-  
 phum, uel lancem auream, Sed mensu-  
 ra di-

ra dicenda est, cum res mensura contine-  
tur, ut decem corbes uini, frumenti, uel  
olei. In uestimētis, siue agatur personali-  
ter uel regulariter, dici oportet materiā,  
& colorem, ut ff. de rei uend. l. in rem, et  
ff. de furt. l. in act. Sed si actor iurauerit  
se colorem dicere nō posse, huius rei ne-  
cessitas remittitur. ut ff. de furt. l. in act.  
§. 1. Item ignorantī pondus succurritur,  
si iuret se nescire de certo numero & mē-  
sura. ut ff. de pos. l. 1. §. si quis argen. Sed  
quid proderit ei istud iuramētum, cum  
iudex certam ferre debeat sententiam?  
Respondeo: proderit ei quantū ad hoc,  
ut litem contestetur: uel non proderit ei  
ad hoc ut obtineat, sed ut eius libellus re-  
cipiatur, nisi forte agat contra furem, &  
hoc odio furis, quoniam reus non coge-  
retur aliter respōdere. Sed postmodum  
in processu causæ necesse habebit ista di-  
cere. uel dic quod in odium furis nō co-  
gitur ea probare, sed sufficit si sacramen-  
to suo ea uelit declarare. simile C. unde  
vi. l. si quando. & ff. de in lit. iur. cum fur-  
ti. Cum autem quis in rem actione agit,

sic cōmode libellum formabit. Ego Sco-  
 tus iudex, conqueror de Marco, qui de-  
 tinet fundum meum positum in tali lo-  
 co, etc. & fundum debet signare nomi-  
 ne proprio, si proprium nomen habet,  
 uel eadem mōstrare quo fungatur, si pe-  
 tat puerum uice proprii nominis. non  
 enim interest ūtrum id fiat quod fieri de-  
 bet, an id quod tantundem portat. ut ff.  
 de arb. litigat. §. ij. Item dicere debet no-  
 men. sed si nomē ignorat, dicere debet,  
 qui natus est ex illa ancilla, uel, qui est ex  
 illa hæreditate, ut ff. de rei uen. si in rem  
 aliquis. Et illa talis demonstratio fungi-  
 tur uicē nominis, ut ff. de condict. & de-  
 monst. l. nominatim. Sed an & hic debe-  
 bit causam exprimere, puta, fundū quē  
 emi, & ex traditione accepi à Seio, uel  
 qui fuit donatus & traditus à Seio, uel  
 Seius mihi legauit. Et certe sic. quod ar-  
 gui potest et colligi ex l. i. ff. de excep. rei.  
 si mater. §. si quis autem. Aliter tamen  
 se habet rei ueritas, quoniam sufficit si  
 dicit fundum meum. quod apparet per  
 eandē l. de excep. re. in prin. l. §. deniq;.

& §.

& §. eodem instrumento. & l. etiam eadem. §. actione. Nam quaecumq; & undecumq; dominium acquisitum fuerit, unde dicat prima in iudicium deduxit, ut ff. de except. re. l. si autem. §. eandem causam. & hoc est speciale in actione in re, quia non est proprie actor. Sed nunquid dicet, utrum sit fertilis an non? Et uidetur quod sic, ut C. de cens. forma. sed bene. Item designare debet utrum petat totam rem, uel partem, uel quotam. Quia appellatione rei in actione in rem non speciem, sed genus significat. quod si esset, designare non posset, & ueniente causa remittat necessitas dicendi quoram partem, ut ff. eo. quæ de tota. §. i. uidetur quod incertæ partis uedicatio datur. Sed sciendum est hic, quod qui offerunt se uendicationi fundi: uel alterius rei, quacumq; actione conueniatur, sine causa, cum non possidet damnabiliter, ut ff. de rei uend. qui. & ff. de pet. hare. qui se uel ad interesse actoris. eadem l. qui se. uel forte quanti actor in litem iurauerit. Sed distingue, utrum ignoret actor

reum nō possidere, nec dolo fecisse quo minus possideret. Quo in casu reus nō erit absolvendus. Sed hoc uerum est, si patiatur litem secum contestari. Si uero ante litis contest. pœniteat eum, & dicat se non possidere, non decipit actorem, cum non possideat: & non uidetur se liti obtulisse, qui discessit. Cum autē scit actor reum non possidere, tunc non ab alio, sed à se decipitur, & ideo reus absoluitur. ut ff. de rei uend. is qui. et l. nam si. Item non patitur reus actionem in rem, si dicat se non possidere. uerum si actor probauerit illum possidere, patietur hanc pœnam quod possessio rei petita transferatur in eum per iudicem, ut ff. de rei uend. l. in rem. Item quando quis uult experiri de possessione recuperanda, sic concipit libellum: Ego Scotus conqueror uobis de Marco, qui per uim abstulit mihi possessionem fundi, positi in tali loco. Item si de possessione retinendi, sic concipitur libellus; Ego conqueror de Marco, qui inquietat me in possessione talis rei, etc. Vel qui non sinit uel per-

mittit

mittit me talem quiete possidere, uel perturbat & inquietat mihi possessionē talis rei, etc. Vel qui non finit me uti meo arbitrio possessione talis rei, etc. Et in hoc casu locum habet interdictū uti possidetis secundum quosdam, uel interdictum unde uis, ut arg. ff. unde uis. l. quim facit. & arg. ff. de acq. poss. l. penul. & arg. ff. uti possid. si duos, §. ij. Item si de possessione adipiscenda, sic commode concipitur libellus: Ego conqueror de Marco qui iniuste mihi detinet rem talem, uel possessionem talem, quam peto ut mihi restituat. & super qua re possessio petitur, est in libello specificanda. Cōsueuerunt insuper boni aduocati & sapientes circa finem libelli inferere, saluo eo si plus dicere uoluerō: uel, reserua ta potestate & licentia addendi, usq; ad sacramentum calumniæ. & hoc totū iudices admittunt. Sed licet dicatur quod in omni causa ex ordine libellus sit porrigendus, ex consensu tamen partiū forte causa potest tractari sine libelli oblatione, ut ar. in authen. de litig. §. ad excludendas,

dendas. Quæritur hic, an libello semel porrecto sit iterum porrigendus. Item potest quæri an talis libellus sit admittendus, puta, conqueror de his omnibus quæ habes, possides, & retines in uilla tali, uel in castro tali. & dixit dominus Ioan. quod libellus talis bonus est. arg. eius quod legitur. ff. de contrah. empt. & uend. l. hæc uenditio. §. penul. et ff. de act. empt. l. quæro. Contrarium tamen arg. est ff. de acquir. poss. certus locus. Item quæritur, an de rebus incertis possit libellus concipi, puta, conqueror de omnibus, quæ fuerunt patris mei. Et dicunt quidam quod sic, quod iudicio precedente actor debet omnes res, quas petit, & causas petitionis rebus explanare, & non dictam actionem in libello edendam. Et sic intelligunt & exponunt omnes quæ superius continentur de certificatione facienda ab actore. Sed hoc prorsus uidetur falsum, quia reus non posset esse instructus ad respondendum tali scriptæ petitioni, propter illam generalitatem, quæ ambiguitatem inducit, et obscuritatem,

tem, ut ff. de iure fisc. l. ita. nec obstat quod ubi ambiguitas est in iudicio, id intelligendum est, de quo actor senserit. ut ff. de uerb. obl. l. item stipulantem. §. Stichū. Nam istud ideo contingit, quia est quod imputetur reo, cur non postulauerit rem certius designari. Itē quod dicitur in ff. de solut. Omnia uenire in iudicio, nisi de quibusdam actum sit, ne ueniant, etc. Intelligo de his omnibus quæ continentur & comprehendi possunt sub petitione actionis propositæ. Ex prædictis ergo quæ circa petitionem rerum dicta sunt, manifeste cōuincitur, quod sufficit in actione in rem, si quis dicat se dominū, & si non, exprimat dominij causam. Sed an sufficiat, si actor rem, quam petit, dicat in libello eam ad se pertinere: uidetur quod sic, quoniam potest propositione rei uend. uel publicatione, dum tamen ex una earum se uelle consequi protestetur, quod sibi debetur, ut ff. quor. leg. l. i. Ergo licet ei dicere suum, ut quod suum: & sic non habet necesse præcise dicere suum, sed sufficit



14 PILEI IVRE CONSULTI

ficat dicere, rem ad se pertinere. ut ff. de  
verb. sig. l. uerbum. quia uerbum perti-  
nere late patet, ut habetur in prædicta l.  
Iam non esse beneficium editionis sal-  
uum reo, non etenim potest esse instru-  
tus plene uelit cedere an cōtendere, sed  
per editionem sic debet certiorari, ut de  
hoc plene possit instrui, ut ff. de eden. l.  
1. & in authen. coll. v. de exhi. & introd.  
§. scimus. Dicitur supra qualiter libel-  
lus possit & debeat cōcipi ab actore ex-  
periri uolente. uerum lege cauetur, quod  
nemo sine actione agere potest, ut ff. de  
admi. tut. l. quoties. & ff. de neg. gest. l. si  
pupilli. §. ult. Et id sciendum est, quod  
actor dicta ratione sua debet ponere a-  
ctionem, & eam edere. ut ff. de eden. l. 1.  
Et fit hoc modo actionis editio per obla-  
tionem libelli conventionalis. Item per  
rescriptum principis ad preces alicuius  
impetratum, & iudici insinuatū, & per  
eum aduersario missum & cognitum,  
ut in authen. de litig. §. omnē uero. Sed  
hoc competenter quaritur, an actio sit  
edenda in libello expresso nomine actio-  
nis,

CAVSARVM CRIM. ORDO. 15

nis. Placentinus dicebat, actionem esse edendam in libello: sed hoc ipso intelligebat editam, quod causa fuisset expressa. ut ecce peto a te centum solidi. quia rem meam tibi uendidi. & sic proponit iste actionem ex uendito. Sed dominus Iohannes dicebat expressim, quod non compellitur actor nomen actionis in libello inferere, sed prius in iudicio debet nomen exprimere. Sed quidam, ut sunt Pisani, & alij, firmiter tenent et obseruant, quod actor semper nominatim & expressim in libello scribat et inferat. Et obtinet ferè inter omnes, uel quod scribat actor in libello, uel dicat postea iudici ut scribat, & iudex scribat, & merito: ut non liceat actori deuari, uel obscuram petitionem facere, maxime cum cautum reperiatur agendum, esse actionem eligere, ut ff. de iur. deli. quod in heredem. §. 1. & ff. de lega. ij. cum filius. §. uarijs. Sed uerum esse credo, quando actor non dubitat nec uacillat super facto. Secus, si dubitaret de facto aduersarij, ut ff. quor. leg. l. 1. Sed alio modo  
do po-

do potest quis edere, puta, si dubitando detegat, uel aduersariū suum ad alium ducat, & demonstrat quod dictaturus est ei, uel id dicendo quo uti uelit, ut ff. de eden. l. i.

## DE EDITIONE ACTIONIS.

**E**Cce dictum est, quod actor debet exprimere in libello rem quam petit, certam, & causam designare, & debet nomen actionis in libello expressim scribere, & eam edere, sicut supra ostensum est. Sed ita est faciēda hodie ab actore actionum editio, ut primū sciat reus, uelit cedere an contendere. & si desistendum putauerit, cedat, ut ff. de interg. act. l. non alienum. Si uero dixerit contendendū, possit esse instructus, & ueniat ad respondēdum cognita actione, ut ff. eo. l. i. Sed dicitur in eadem l. quod actor debet actionē edere, qua acturus specialiter est. Nam qui generaliter edit actionem, puta conditionem certi generalem, non uidetur actionem edere, quoniam perfunctorie edit, Verum non

non compellitur. Sicut enim agere nemo compellitur, ita præcise nemo compellitur actionem edere. Et antequam actor edat, non compellitur reus respondere. & si actor noluerit reum causatiuè respondere, necesse habebit specialem actionem proponere & edere. Sed fortè quod iure ueteri cautum reperitur de edenda actione, correctum est hodie per authen. offeratur ei libellus, etc. secundum quosdam. Quod uerum esse non credo. Itè edenda sunt omnia, quæ quis apud iudicè editurus est, ut ff. de edend. l. 1. §. edenda ergo. Et titulus qui iudici datur, in quo continetur, qualiter, & de quibus capitulis testis nõ interrogetur, edendus est aduersario.

DE EDITIONE INSTRUMENTORUM.

**I**nstrumentorum quidem editio fieri debet sine die & consule, ne quid excogitetur, & prælato die fiat fraudulosa excogitatio. Nam si fieret cum die & consule, posset quis addere uel diminuire.

c & sic

& sic probare posset de absentia sua illa die, & taliter faceret exemplari, ut ff. de eden. l. 1. Sed ex consuetudine quam iudices observant, non dantur instrumenta aduersario, sed fit ex illis copia inspiciendi cum aduocato suo, et alijs, si forte putauerit, & dixerit suo sacramento se posse eandem falso arguere. ut C. de fid. instr. l. ult. Quod si non de falso, sed aliunde dubitetur, fiet tamen literarum comparatio. Sic ex quinque generibus instrumentorum, puta ex forensibus, quae dicuntur instrumenta apud iudicem confecta. Item ex publicis instrumentis & chirographis, habentibus subscriptionem trium testium fide dignorum, & omni exceptione maiorum. Item ex literis publicis uel privatis, quibus aduersarius utitur, recte fit comparatio. Et ex scriptura quae proferuntur ex archiuo publico, habente publicum testimonium: quod fit, quando per testes publice approbatur, quod ex archiuo publico sint extracta. & tunc dicitur habere testimonium publicum, & fieri debet comparatio per sacramentum  
tum

tum illorum quibus committitur, quod neq; precio, neq; gratia, neq; amore, neque odio alterius hanc comparationem literarum faciūt. Et dicitur comparatio, id est, adsimilatio. Et talibus debet committi, qui id melius facere nouerunt, siue sint tabelliones, siue simplices scriptores, uel aliās literati. ut C. de fid. instru. l. comparationes. in authen. coll. v. de his qui in gr. adop. §. illud. Est dictum supra, quod actor specialem actionē proponere & edere debet. Vnde sciendum est, quod specialem actionem editam & emendare licet, & mutare. Emendare, ut si prius minus petierit, poterit postea in ea amplius intendere, ut C. de eden. l. iij. & Instit. de act. §. si minus. Sed hoc uerum esse dicūt quidam, antequam super minus uel super amplius sacramentum calumniæ præstetur. Aliās dicunt quod non super his facto sacramento calumniæ possit actor emendare, ut dictum est. Verum superior sententia uerior est, & melior. Sed ita conceditur actori emendare in amplius, quod

*Formula iuramenti cōparationis literarum.*

beneficium deliberationis sit saluū reo,  
 & nouæ induciæ sibi dentur. Hic quæri  
 consueuerat, an iudex terminabit primā  
 petitionem et secundam una sententiā?  
 Item an duas petitiones uel unam tantū  
 mutare liceat, sicut infra plenius inueni-  
 tur expositum.

## DE IN IUS VOCANDO.

**E**T quia facta actionis editiōe sequi-  
 tur in ius uocatio, meritō de ea ali-  
 quid inferamus. In ius uocare, est uoca-  
 re ad ius, id est ad eum qui ius dicit, siue  
 possit ius dicere inter uocantem & uoca-  
 rum, siue non uocatum. Namq; ad iudicem  
 alienū ire debet, allegaturus, quare  
 apud eum litigare non debeat. ut ff. de  
 iud. l. si quis ex aliena. Et uenire debet  
 ante iudicem, ut hoc sciatur, an iurisdic-  
 tionis sit eius, ut ff. si quis in ius uoca. l.  
 ij. Et si non uenerit, mulctā ab eo dam-  
 nari poterit, ut ff. eo. l. ij. Nam eo ipso  
 quod contempsit uenire, deliquit. Quo  
 in casu erit ille iudex ei cōpetens ad hoc,  
 ut per illud delictum possit eum mulctā-  
 re, &

re, & idem ipse poterit sententiam executioni mandare. Sed queritur, an idem ipse iudex possit de hoc cognoscere? Respondeo, utiq; poterit, ut arg. ff. de iud. l. ij. §. sed si agatur. & l. si quis ex aliena. & ff. ad municip. l. de iure. Sed quis in hac causa ex parte iudicis iurabit de calumnia? Respondeo, idem ipse iudex. Sed quidam dicunt, quod hoc locum habeat, quando dubitabatur, an uocatus sit de iurisdictione uocantis, alioquin non compellitur ire ad pretorem allegaturus priuilegia. In ius uocat actor, & non reus: sicut effectu, & non uerbotenus, ita quod inuitus ad iudicium uenire cogitur. In ius non potest uocare, nec uocari ex ordine impubes, furiosus, uel prodigus. Prohibentur in ius uocari quidam ratione personarū, quidam ratione negotiorum. Ratione personarum prohibetur in ius uocatio multis & uarijs modis, de quibus nō expedit modò per singula dicere. Ratione negotiorū tribus modis tātum, puta propter communes necessitates, ut messium et uindemiarū.



Item propter publicas, ut expeditionū  
indictarum, & propter ferias solennes  
& repentinas. Item ob priuatas necessi-  
tates, ut cum quis uxorem ducit, aut se-  
pelit, ut ff. de in ius uocan. l. 1. Sed nō est  
prætermittendum, scire tempus messū  
& uindemiārū, quod tempus duorum  
est mēsum. ut C. de ferijs. l. omnis. quo-  
quis se excusare, & iudicium declinare  
potest. Etenim occupatī circa rem rusti-  
cam & publicam, in forum compellen-  
dī non sunt, nisi certis de causis. ut ff. de  
fer. l. 1. Dicunt quidam, ergo quod non  
sunt occupatī, compellendī erūt, ut arg.  
ff. de iud. l. de eo. & l. quidem. Item & a-  
lia: quoniam sublata causa uel cessante,  
tollitur uel cessat effectus. Sed non bene  
dicunt, quoniā feriae inuentæ sunt pro-  
pter publicam utilitatē. Ergo omnibus  
tam occupatis quā non occupatis de-  
bent uacationem præstare. ut arg. C. de  
iud. l. dic. Item et alia ratione, quoniā i-  
sta prohibitio generalis est. Ad hoc mul-  
tum facit l. ex. ff. qui & à quib. ma. pro-  
spex, & standum est leg. generalitati, ut  
ff. de

ff. de test. ni. l. in fraudem. Sed & hæc consuetudo, quæ est optima legû interpret, magis approbat, & hodie sic infirmiter tenet, et obseruat rationem. Et est sciendû, quod iudex nullas ferias de nouo cõstituit, ut C. de ferijs. à nullo. Cõstitutas à lege, ut messium & uindemiariû apto tempore, pro cõsuetudine cuiusq; regionis. ut ff. de fer. l. præsidet.

AN PROPONENS PLURES ACTIONES, unam cogatur eligere.

**C**ontingit quandoq; quod actor plures ad idem proponit & edit actiones. igitur est hic diligenter inspiciendum, an tunc unam eligere sit cogendus. Ad quod sic potest breuiter responderi, quod si actor plures proponit copulatiue, puta hanc uel illam & illam, tunc cõpellatur eligere. ut ff. de leg. i. cû filius §. uarijs. & ff. de leg. i. si seruus. §. cû homo. & l. huiusmodi. §. ult. Quoniã is q; utranq; sic proponit, ut non asserat sibi certam cõpetere, uel alteri id credit, sicut alternatiue plures proponat, puta hanc

uel illam : aut de factio certus est , & scit  
 quæ sibi cōpetat, quo in casu eligere de-  
 bet, ut ff. quor. leg. l. i. Nisi forte in casib.  
 ut C. de cadu. toll. l. ult. & ff. de tribu.  
 quod in hæredem. §. eligere. Verum ex  
 consuetudine generali istud ferè hodie  
 inter omnes iudices obseruatur, quod  
 non compellunt actorem ad eligendum,  
 et admittunt plures actiones propositas  
 in simul, dum tamen non contrarias de  
 eodem factio & negotio, & cum hæc ad-  
 iectione quidem. §. propono, omne ius  
 mihi competens, uel ita, et si quidem est.  
 Et sunt quidam qui ita simpliciter admit-  
 tunt uerba actoris circa editionem actio-  
 nis. §. propono omne ius mihi compe-  
 tens, nulla facta intensione specialium a-  
 ctionum, & hoc defendunt per l. C. ut  
 quæ defunt ad. ut ff. de pet. hæred. l. ult.  
 Sed non bene dicunt. Sed hic competen-  
 ter quaritur, an actor usque ad sententiam  
 possit mutare actionem quam edidit: &  
 si mutauerit, an sit reus ab illa actioe ab-  
 soluendus: & si non sit absoluendus,  
 an debeat tunc tempus habere ad deli-  
 beran-

berandum, & nouas inducias, & iterum sic libellus ei porrigendus? Et certe dico, quod actor ante sententiam potest actionem mutare, et aliam edere, quamuis non ex eadem causa peteretur, quod colligitur. ff. de noxa, act. l. iij. §. ult. & Instit. de actio. §. si quis aliud. Sed distingue, utrum actor mutauit & edidit penitus aliam, & nō aptam negotio, & ita quod non ex eadem causa peteretur, an credidit aliam. Sed eadem causa petitoris durate in primo casu absolvens est reus ab actione priori, & iterum conficiendus libellus & dandus, & tempus nouum induciarum ad deliberandum largitur, & lis est iterum contestanda, & de calumnia iurandum, quoniam posset utraq; malignari, & per calumniam responderi aduersa actione, cum primum sacramentum ipsos non teneat, ex quo alia causa est. Verū si reus propter hoc quod non potuit esse instructus in hac secūda editione per primā circa expensas aliquod damnū passus fuerit, id totū ab actore consequitur, per actionē

26 PILEI IURECONSULTI  
in factum. ut ff. de edend. l. ij. §. uir. In se-  
cūdo uero casu, puta, edidit prius actor  
actionem, mandati ad x. petenda, & ha-  
buit reus super hoc tempus ad delibera-  
dum, & iuratū fuit de calumnia, postea  
mutauit actionem, & edidit certī condi-  
tionem, ad eadem x. petenda. Tunc  
quā eadem res petitur, & eadem causa  
per secūdam actionem petitur, bene po-  
test mutare. Non enim iuratur super a-  
ctione, sed super ipso facto: & eam meri-  
to, cum idem sit factum & causa, potest  
mutare. Non igitur dandum iterū tem-  
pus ad deliberandum, quoniā bene po-  
test instructus in hac secunda editione  
per primā, sicut erat in prima. Quia ea-  
dem res quæ petitur, & eadem causa sit  
petitio, sed nec erit iterum de calumnia  
iurandum supradicta ratione. Hoc sibi  
locum uendicat iure fori in causis secula-  
ribus: secus autem iure poli in ecclesiasti-  
cis, ubi talis libellus non est necessarius  
corrigi, quod potest colligi ex illo extra-  
ragante Pp. ce. iij. plerunq;. Quoniam  
si sunt ante litem cōmissoria, in quibus  
totum

totum factum cōtinetur de quo agitur, quæ semper aduersario transmittitur a iudice delegato, ut ibi ex illis ad respondendum instruat, licet iudex delegatus quandoq; ad instantiam, & improbitatem aduocatorū superandam, consueuit iubere & interloqui libellum confici & aduersario dari, nullis propter hoc datis inducijs. Item actio ibi non ponetur, nec edit, ex necessitate, quia sufficit pure & simpliciter factum ipsum, & rei ueritatem secundum formam canonum inuestigare, quod colligitur ex alleg. extravag. Pp̄. iij. Alexander dilecti filij, etc.

## DE INTERROGATIONE REI.

**H**Is ita super libelli confectione atque correctione, & super rebus petendis & designandis, & causis deducendis & exprimendis, & super editione faciendis atque mutandis, uel non, usque ad sententiam, prout possibile fuit, expositis, subsequenter perueniendum est, ut reus interrogetur, possideat uel non rem petitam. Item alia interrogaciones sunt

funt reo faciendæ ante litis cōtest. de quibus infra per singula, et prius ad litis cōtest. ubi præsentis tractatus pars secunda sumit exordium. Item ad interrogationes si opus fuerit, hinc ad sacramentum calumniæ peruenitur, & postea instrumentis & testibus alijsq; probationibus in medium prolati atq; inductis, quibus editis & publicatis decurritur, tam de factō quam de iure ad causam copiosissimam legum allegationem & promulgationem: quibus cum fuerit renunciatum, dicatur sententiā diffinitiuā. Vel quandoq; dictabitur interlocutoria, puta de danda possessione actori causa seruandę rei, propter contumaciā fugientis uel non respondentis. Vel forte alio modo dictabitur sententiā diffinitiuā & legitima, puta quod absoluetur reus ab obseruatione iudicij, & actor similiter quando non liquet iudici de causa. De quib. omnibus aliquid per singula (donate Domino) hocopusculo ad pleniorē iudicium seu aduocatorum instructionem duximus inserendum, non ob-

misso

missio tractatu appellationis, utpote utilissimo. Sed non mireris lector, quod de causarum commissione et delegatione hic nihil inferitur, cum saepe soleat a iudicibus fieri, antequam interrogationibus utatur, uel lis contestetur: quoniam de his factis copiose inferius (ut credimus) poteris inuenire tractatum.

In primis qui petitorio interdicto uti uult, ne frustra experiatur, querere debet, an reus possideat, uel dolo desijt possidere. ut ff. de rei uend. qui peti. & compellendus est reus utrum possideat respondere, et pro qua parte, uel dolo desijt possidere, ut ff. de inter. act. qui seruum. §. ultra. Veruntamen non compellitur dicere titulum suae possessionis, uel utrum res sit ipsius, ut C. de pet. haered. cogi. & ff. de rei uen. in speciali, hoc enim petitoris onus est, ut in eadem l. dicitur. Item inspicere debet actor an aliquo interdicto ualeat nancisci possessionem, quoniam commodius est possidere, quam petere rem, & uindicare. ut ff. de rei uend. is qui. Et si conuentus in rem actione dixit se

*Reus compellitur respondere, et reliqua facere quae ab eo exiguntur.*

*Possidere commodius est quam petere.*



xit se non possidere, absolvendus erit.  
 Hoc enim modo contra se actionem sus-  
 tabit, ut ff. de rei uend. in rem act. Sed  
 actori probanti aduersarium possidere,  
 dabitur eius possessio rei per iudicē, ut  
 habetur in eadem l. in rem. & arg. in au-  
 then. de trien. & se. §. illud quoq; iudici.  
 Sed an idē erit in eo, qui dolo desijt pos-  
 sidere, scilicet, ut si hoc erit probatū, ad-  
 uersario condemnetur ad interesse, uel  
 ad aestimationem rei? Respondendum  
 uidetur, quod nō. Actor poterit fortas-  
 sis, si uelit, a reo exigere, ut iuret se non  
 possidere. ut arg. ff. de nox. act. quoties.  
 §. prætor. Si uero quis se obtulit, uel alte-  
 rius rei quacunque actione conuictus,  
 etiam sine causa cū non possideret, dam-  
 nabitur. ut ff. de rei uend. is qui. & ff. de  
 pet. hæred. qui se liti. scilicet, ad interes-  
 se actoris, ut infr. ea. l. qui se liti. cauetur,  
 uel forte quanti actor in litem iurauerit.  
 Sed, distingue utrum actor ignoret reū  
 non possidere, nec dolo fecisse quo mi-  
 nus, quo in casu non erit reus absolu-  
 endus: sed uerum est, si patiatur secum litē  
 conte-

CAVSARVM CCRIM. OORDO. ¶  
contestari. Si uero ante litem contestatā  
pœniteat eum, & dicet se nō possidere,  
non decipit actorem, cum non posside-  
at, et non uidetur se liti obtulisse, qui di-  
scellit. Cum aut̄ actor scit reum nō possi-  
dere, tunc non ab alio, sed à se decipitur,  
et ideo reus absoluitur. ut ff. de rei uend.  
is qui se. & l. nam si.

DE ALIIS INTERROGATIO-  
nibus ante litis contestationem.

**D**iximus propè supra, quod actor  
cum rem petere uult, debet quere-  
re et interrogare utrū possideat reus, etc.  
nunc igitur uideamus de quibusdā alijs  
interrogationibus, quæ ante litis conte-  
stationem, & quando fieri debeant hu-  
iusmodi interrogaciones, & an sint in iu-  
dicio faciendæ, & ante iudicem, id est co-  
ram iudice, & ante litis contestationē. ut  
ff. de inter. act. l. i. §. interrogant, ubi di-  
citur in iure ff. post litis con. quod nō est  
uerum. sed intellige In iure, id est, in lo-  
co ubi ius redditur: & non in iure, id est  
in iudicio, Sed ubi reperitur quod sunt  
in iudi-

in iudicio, intellige ante iudicē. Vel largo modo accipitur in iudicio, id est dum quis conuenitur, non lite contestata. Et fiūt hodie interrogationes ante litis contest. ut dictum est in decem casib. specialib. & in uno casu generali. Prior casus est, an sit hæres. Secundus, quota ex parte sit hæres. Tertius, an in eius potestate sit filius, seruus, cuius nomine noxali iudicio agitur. ut ff. de in rem act. itē qui. Quartus est, an quadrupes, quæ pauperiem fecit, an seruus quidam precium dedit, sit reus. ut ff. eo. si per iniuriam. & l. sequen. Quintus est, utrū hæres sit quis ex testamento, an ab intestato, et an suo nomine quaesita sit hæreditas, &c. ut ff. eo. sine. §. illud. Sextus, an ei sit hæreditas restituta. ut ff. eo. si defensor. §. denique. Septimus est, an peculiū sit apud eum, cum quo. ut infra ea. l. §. ult. Octavus est, an ædes ex qua damnum timeatur, eius sint, & quota parte. ut ff. eo. nō alienum. Nonus est, de ætate. ut ff. eo. de ætate. Decimus casus est generalis, ubicunque æquitas iudicem mouerit, ut ff. eo.

*Vbicunque  
æquitas iudicē  
mouerit, interro-  
getur eum.*

ff. eo. ubicunque. Et hic casus generalis locum habet etiam ante litis cont. id est post effectus istarum interrogationum, hoc est, ut qui pretendit, sic teneatur ea actione, qua aduersus eum agitur, ac si contraxisset. Non quod oriatur ex confessione actio, sed quia de actioe, quam actor uolebat intentare, sic intentabatur post confessionem, ac si de his quæ confessus est, contraxisset in eo quod respondit. ut ecce dixit se possidere, non poterit postea dicere Non possideo: sicut non posset à contractu recedere, si contraxisset, nisi forte ex iusta causa, uel nisi forte sit confessus ex sola culpa. ut ff. eo. de ætate. §. per interrog. & §. ex causa. & §. quod iusto. Et propter hoc quod huiusmodi interrogationes fiunt ante litis contest. ut supra ostendimus, & ibi probatur differre istos titulos à titulo de confessis. Nam in titulo de confessis agitur de interrogationibus, quæ fiunt post litis contest. In isto, de his quæ fiunt ante litis contest. Item quod titulus iste locum habet ante litis contest, probatur ex eo

d quod

*Cōfessi pro  
confessatis  
habentur.*

quod dicitur, quoniam licet reo poenitere responsi, ut ff. eo. de ætate. §. ult. Nam hoc non posset post litis contest. quoniã confessos in iure pro confessatis haberi placet, et nequaquã esset absoluedus, si uellet modo dicere se non possidere, & primò dixerit se possidere. ut ff. de rei ued. is qui. Item dicitur quod ille qui confessus falsum, culpa debet absolui, ut ff. eo. de ætate. §. qui iusto. Sed hoc non posset stare in eo qui confessus post litis contest. aliquid falsum, debet absolui de iure communi: ergo nec restituitur in eo casu minor, sed iure cõmuni esset tutus. Verum in titulo de confessis, adijcitur quod minor à sua confessione restituit. Sed quidam dicunt in contrarium, inducentes pro se argumenta quædam, quæ reperiuntur in titulo de inter. act. quib. innuunt quod locum habeant etiã post litis contest. Sed non bene dicunt, cum non sit mirum si aliquid interferatur de his quæ fiunt post litis contest. Sed alio modo oppositis respondetur. Et notandum est, quod illa facta responsione poterit

terit uti omnibus exceptionibus, quæ actionibus institutis opponuntur. ut ff. eo. filius. §. ult. Post hæc namq; lis contestabitur, quæ fit per narrationem actoris, & responſionem rei, ut C. de litis cont. & C. de iud. §. patroni. Sed ita intelligitur, ut reus sit præſens, & respondeat cõpetenter, id est uel negando uel recipiẽdo, uel asserendo, sed nõ declinando iudicium. Et facta litis contest. iudex non recusatur, & omnis personalis actio perpetuatur, & usque ad quadagesimum annum extenditur. ut C. de præscriptio-  
 ne xxx. an. sæpe. Et fit transitoria in hæredẽ, ut ibi dicitur, & usuraria, quæ prius non erat. ut C. de usur. lite. saluo eo quod dicitur Macedon. de dolo, quæ nõ perpetuatur lite contest. ut C. de dolo. l. ult. Idem in rescissoria, quæ secundum quosdam non perpetuatur, litis cõtestatione, quod non credo. Item si de causa iudici liquidum fuerit, diffinitiuam poterit sententiam promulgare. Hic quæri potest, si reus litem contestari detrectas, nolit respondere actori ante sacramen-

*Iudex nõ re-  
 cusatur post  
 litis cõtest.*

tum calumniae, qualiter consulendum sit? Respondeo, tunc actor iuret de calumnia, & postea si reus non responderit, uel non iurauerit, pro confesso habeatur, non tamen ut semper condemnatur, nisi prout rei qualitas exegerit.

## DE EXCEPTIONIBVS.

**E**T sciendum est, quod reus in prima litis contest. debet protestari suas omnes dilatorias exceptiones. ut C. de except. l. si quis. l. ult. & l. exceptis. Et postea eas probare poterit, & debet fundata actoris intentione, ut in ea. l. exceptis. & C. de except. si quidem. Si uero reus in exordio litis dilatoriam prescrip. offerit, postea eam apponere non poterit, ut C. de except. si quis. Saluo eo quod dicitur in exceptionib. procuratoris falsi, & non sui iudicis. Nam istae exceptiones licet initio non opponantur, poterunt tamen postea opponi. Quoniam quodocumque falsus procurator inueniatur, solet dici iudicium nullum, & eius controuersiae nullae, ut C. de procu. licet.

Secun-

*Procurator  
falsus.*

Secundum hoc igitur sic uidetur distinguendum, utrum exceptio opponatur ex persona actoris uel procuratoris, Sic non poteris agere, quia miles es, uel non es procurator, uel non habes mandatū: an opponatur exceptio rei, ueluti non sum conueniendus sub hoc iudice, quia legatus sum, uel pactum mihi fecisti de non petendo intra quinquennium. In primo casu non poterit actor fundare intentionem suam, nisi prius probet ea quae obijciuntur, & sic reus non habebit necesse suam exceptionem. In secundo uero debet initio opponere, & post fundatam actoris intentionem probare. ut C. de probat. excep. Peremptorias exceptiones ante contestari sufficit: uel si fuerint omisse antequam sententia feratur, poterit eas obijcere, ut C. de except. l. exceptiones, & C. sent. re. non. l. peremptorias. sed post sententiam semper. Puta si sententia beneficio appellationis uel restitutionis suspendatur uel retractetur, uel quoquo modo non teneat, alioqui minime in casibus quibusdam, nisi post rem



iudicatum exceptiones opponuntur. ut ff. sol. mat. l. ex diuersis. & ff. de fideiuss. l. fides. & ff. ad Macedo. tamen. & C. de iur. & fac. ig. l. i. & ff. de re iud. Nefennius. §. ult. C. de re iud. l. i. Secus autem in exceptionibus. quæ solent obijci accusato adulteri. Postea uero non poterint obijci. ut ff. ad l. Iul. de adul. si maritus. §. penult. Item nota quod reus pluribus exceptionibus uti potest aduersus actorem. ut ff. de except. l. nemo. quod non permittitur actori in actionibus. ut supra dictum est. quoniam dominium non ex pluribus. sed ex una causa contingit. ut ff. de acq. poss. l. possideri. §. ex plurib. Est autem sciendum. quia sicut in subsidium aliquando agitur actione in factum. sic aliquando excipitur in factum. ut ff. de except. si filius. et ff. de prescrip. uerb. quoties. Item scire oportet. quod omnes ferè exceptiones sunt perpetuæ. licet non actiones. unde dicitur. quæ annua sunt ad agendum. perpetua sunt ad excipiendum. ferè dixi. propter exceptionem non numeratæ pecuniæ. quæ præscribitur biennio.

ennio. Item propter doli exceptionem, quæ aliquādo perpetuò obijcitur. ut C. eo. si pactū. aliquando non, puta quando à maleficio originē trahit. ut ff. de pecul. quantum. §. ult. Item non est præmittēdum scire, quod exceptiones aliæ temporales & dilatoriæ, ut pacti conuenti, negatur intra quinquennium: item falsi procuratoris, item ea quæ obijcitur militi nolenti agere pro alio. Aliæ sunt perpetuæ & peremptoriæ, ut pacti perpetui, & rei iudicatæ, & doli mali. Et dicitur exceptio tēporalis, quia ad tempus nocet: & dilatoria, quia causa differtur. Perpetuæ uocantur, quia perpetuò omnibus obstant. Item peremptoriæ dicuntur, quia causam perimunt. ut ff. de except. l. ij. §. ult. & l. iij. Probare aut debet reus exceptione propositam, sicut supra ostenditur, quoniam excipiendo actor efficitur: et agere uidetur, quod exceptione utitur. ut ff. eo. l. i. Idem est si obijciat usucapionem, compensationem, uel solutionem, uel cuiuslibet rei redhibitionē, ut C. de prob. l. i. Sed hoc ita, si affir-

matiue excipiat: quo in casu excipiēs uide-  
 detur & præsumitur confiteri de inten-  
 tione aduersarij, nisi exonerat actor pro-  
 batione suæ intentionis. Verum si ne-  
 gans excipiat, sic puta, quod non sit nu-  
 meratum, uel mandatū, onus probatio-  
 nis in agentem dirigitur, & tunc habet  
 locum quod dicitur, non utiq; existimat  
 cōfiteri de intentione aduersarij, qui ex-  
 ceptione utitur, ut ff. eo. non. Item po-  
 test reus sic excipere, quod actor semper  
 probationib. fatigabit, & ipse ad proba-  
 tionem exceptionis interim admittetur,  
 puta non negando uel inficiando præci-  
 se actoris intentionem, sed dicendo ue-  
 rum esse quod dicitis, dubito tamen: et sic  
 nondum poterit uti exceptionibus, quæ  
 actionibus institutis obijciuntur, & eas  
 probare. Si uero præcise negaret, non  
 prodesset, quod colligitur ex illa authē.  
 contra qui primam, etc. quod est in C.  
 de non nu. pec. Quidam tamen dicūt  
 speciale esse quod ibi dicitur, quod non  
 credo. Sed forte aliquid est ibi speciale,  
 puta de pœna, quam patitur debitor in-  
 ficiens

ficians numerationē tantum in scriptura à se emissa, Quod reus sic ut dictū est, respōdendo poterit excipere, probatur manifeste C. de exceptionib, si quidem, ubi dicitur, Si de intentione dubitatur, habeas exceptionis cōtestationē. & tūc cum actor probauerit, huic esse locum monstrari conuenit, etc. Actori opponitur exceptio, exceptioni replicatio, replicationi uero ea quæ dicitur duplicatio, duplicationi triplicatio, triplicationi uero quadruplicatio, & sic deinceps, ut Instit. de replicat. §. i. Et ff. de except. l. ij. §. ij. Item dicitur exceptio, conditio, quia sub cōditione opponebatur, ut ff. eo. exceptio. Et nota quod omnes exceptiones tribus modis opponebātur, puta quia factū sit quod fieri debuit. quorum exempla inueniet lector ff. eo. l. exceptio. Replicatio est contraria exceptioni, quasi exceptionis exclusio. ut ff. eo. exceptio. §. ult. et l. ij. §. illud. Ac ideo inuenta fuit, ut exceptionem semper excludat, & illam oppugnet, ut ff. eo. l. ij. §. ult. Item per exceptionem actoris inten-

#### 42 PILEI IURECONSULTI

tio infringitur, per replicationem uero releuatur, & ita exceptio perimitur, ut Instit. de replicat. §. i. et ff. de except. l. ij. §. ij. In summa sciendum est, omnes exceptiones quæ reo competunt, fideiusfori quoque competere, reo etiam inuito. ut ff. eo. l. exceptiones, & C. eo. l. intercessores.

#### DE RECONVENTIONE.

**T**Ractauimus supra, quod reus in initio litis debet opponere, & potest, suas exceptiones. Sed & alio modo potest sibi tunc consulere, puta reconueniendo actorem coram eodem iudice, si uelit, quod ei mox permittitur in litis contestante, ante iudicem recusare, ut in authen. coll. ix. de excusat. & qui. §. sancimus. & in extr. Alex. ij. mutamus. In reconuentione prius contestabitur lis super petitione actoris, deinde super petitione rei. & interrogationes fieri consueuerunt nunc super factio actoris, nunc super factio rei. Sed melius & expeditius est, ut prius fiant omnes interrogationes & responsiones

nes super actoris petitione, & postea super petitione rei, & hoc pro iudicatis arbitrio subsequetur. Item actoris interrogationes prius recipientur, & examinantur omnes, & rei postea: uel permixtae tam actoris quam rei, ut non fiat ibi deceptio per casum mortis, uel alium casum fortuitum. Et una sententia terminabitur quaestio utriusque. Verum in prima parte sententiae pronuntiabit iudex super petitione actoris. quando igitur respondet hoc quod dicit. Qui prior appellat, prior agat. Sic potest illud plane intelligi, non adhibita uel facta distinctione quaestionum contingentium, uidelicet cum plures eundem conueniunt. Quo in casu qui prior appellat, etiam conuenit ei ut prior agat. quoniam non poterit conuenienter obijcere, quod non debeat respondere actori, uel prior secundum conventionem ab eo factam. uel aliter cum reus uult conuenienter actorem reconuenire sub eodem iudice, tunc qui prior appellat, prior agere debet. Sed facienda erit haec distinctio quaestionum  
ad hoc

ad hoc ut lex ista, & authen. conuenienter possint ad concordiam reduci. & sic prior intellectus planior est, & magis consonat literæ.

## DE LITIS CONTESTATIONE.

**L**itis contestatio olim fiebat per procuratorē, ut ff. de dol. except. si procurator. & C. de procur. l. procurator. sed hodie per procuratorem lis contestari non potest, ut C. de iur. iur. cum & iudices. §. sin autem. Sed uerum non est, quoniam hodie bene potest contestari per procuratorē, quod colligere potest studiosus lector ex prima parte istius legis, & ex isto §. sin autem, & ex l. illa. C. de procur. l. procurator. & ff. de dol. except. l. si procurator. Si uero lis fuerit contestata non porrecto libello, & non datis ad deliberandum inducijs, pro nihilo erit quantum ad litis contest. & iudicis recusationem, ualet tamen secundum quosdam ad temporis interruptionem, ut in authen. de exhib. & introd. §. sancimus, & poterit lis iterum contestari,

ftari, quod colligitur ex authen. coll. v. const. i. Sed quid si datis ad deliberandū inducijs fuerit lis contestata? an ualebit quo ad omnia? & credo quod sic. Item quæritur, an iudex lite nondum cōtestata, & reo forte per contumaciā absente possit procedere, & diffinitiuè pronūciare, uel sententiare?

## DE RECUSATIONE IUDICIS.

**Q**Uod autem reus possit iudicē recusare, colligitur ex l. apertissimi. C. de iudic. Id tamen recipit distinctionem. Refert enim, utrum suus iudex sit ordinarius, nec ne. Nā si est suus iudex ordinarius, neq; ante litis contest. neq; post recusari potest. Et sic intellige, nemo post litis cōtest. ordinariæ sedis declinet examen, nisi in casibus specialibus. ut C. si quæ præd. po. l. i. & C. quando imp. inter pup. & uid. l. i. Item quandoque iuste recusatur. ut C. de assess. l. ult. & propter sententiā, ut ff. de iud. l. prætor. Sed dominus Martinus dicebat, qd iudex ordinarius possit recusari ante litis



tis contest. & argumentabatur à contra-  
 rio sensu l. Sicut nemo potest post litem  
 contest. &c. quasi ante litis cont. sic, &c.  
 Sed redarguitur à Bulgaro eius argumē-  
 tum, sic est ex eadem l. Nemo potest litē  
 contest. ordinariæ sedis, ergo non ordi-  
 nariè potest examen declinare: quod est  
 falsum. quoniã nō semper cōtrarius sen-  
 sus legens admittitur, sicut non in isto ca-  
 su. Item secundū hęc non melioris con-  
 ditionis, seu maioris authoritatis esset iu-  
 dex ordinarius quàm delegatus. Alij di-  
 cunt quod ordinarius non possit pror-  
 sus recusari, sed ita ut alius ei associetur,  
 ut in authen. ut disse. iud. §. si uero. & in  
 authen. de executorib. §. sancimus. & in  
 authen. de exhiben. & introd. reis. §. san-  
 cimus igitur. Si uero sit iudex delegatus,  
 semper poterit recusari ante litis cont. ut  
 C. de iud. l. apertissimi. nisi cum uno re-  
 cusato alter sit petitus, ut in authen. de  
 exhib. et introd. §. sancimus. Et peti qui-  
 dem potest iudex, ut hic dicitur, ab utra-  
 que parte tantum etiam in specie. & tūc  
 si petitur, dari cōsuevit à principe respi-  
 ciente

ciente ad uerecundiam petiti iudicis. ut  
 ff. de iud. obseruandum. Iudex namq;  
 recusatur (ut dictum est) licet fuerit or-  
 dinarius, ut per hoc euitetur argumentū  
 illorum qui dicunt, quod iudex ordina-  
 rius potest recusari. ita enim potest legi-  
 bus responderi, quæ hoc uidentur innue-  
 re. & præcipue l. ff. de liber. caus. si pari-  
 ter. Nam in hac l. si pariter. fructuarius,  
 qui uolebat agere, non recusabat suum  
 iudicem, sed iudicem rei, qui de liberta-  
 te litigabat. uel forte hoc est speciale, qd  
 improprie dicitur actor declinare iudi-  
 cium. Hic competenter illa quæstio inse-  
 ritur, scilicet utrum sufficiat, si reus dixe-  
 rit tantum, recusato, & non habeat neces-  
 se exprimere ac probare causam suspici-  
 onis? Quod sufficiat, probatur per l. C.  
 de iud. apertissimi. ubi dicitur, liceat qui  
 suspectum iudicem putat, recusare. &  
 nota qd dixit, putat, & arg. ff. ad Treb.  
 l. quia poterat. ubi dicitur, quod sufficiat,  
 si heres dixerit, repudio hereditatem.  
 Non enim tunc inspicitur, soluenda sic  
 hereditas uel non, sed opinio, uel motus  
 heredis

hæredis inspicitur tantum. Item quod  
 satis sit si dicat reus, recuso, est arg. ext.  
 Alex. Papæ iij. causa, quæ inter dilectos.  
 E contra sunt tamen qui dicant, quod  
 reus habeat necesse causam suspicionis  
 ostendere & probare. quibus Celestinus  
 Papa fauet dicens, quod teneatur quis  
 causam suspicionis coram iudice allegare,  
 ne possit pro suæ uoluntatis arbitrio  
 quodlibet iudicium frustratorie decli-  
 nare, ut in ext. prudentiam tuam. et arg.  
 ff. de liber. caus. si pariter. et ff. de arb. nõ  
 disting. i. §. cum quidam. & l. licet. & in  
 Decretali, c. iij. q. v. quoniam suspecti &  
 inimici. Attamen hoc est uerum, ut tam  
 in causis secularibus quàm ecclesiasticis  
 sufficiat dicere, recuso, salua pace domi-  
 ni bonæ memoriæ, & nõ habeat necesse  
 dicere uel probare sicut supra satis pro-  
 batum est. Quoniam iudices non debent  
 esse suspecti litigatoribus, ut in Decret.  
 cap. iij. q. v. c. quoniam suspecti. Itẽ quia  
 nobis cordi est omnes lites sine suspicio-  
 ne procedere. ut C. de iud. apertissimi.  
 Sed in causis ecclesiasticis hoc intellige,  
 quando

quando causa delegatur simpliciter, id est, non sublato remedio appellationis. Secus uero, si appellatiōe remota causa committitur: quo in casu utrunq; beneficium denegatur, ut in extr. Alex. Pap. iij. Super eo uero, &c. Sed tunc potest delegatus recusari, si uideatur subesse causa, puta quia delegatus consanguineus eius qui literas impetrauit, aut in eodem negotio patrociniū præstitit, aut alia iusta de causa suspectus apparuit, ut in extr. Lucij Pape, ad aures nostras. §. ult. & arg. C. de assessor. l. ult. circa, et arg. ff. de iurisd. om. prætor. Causæ uero, propter quas iudex recusatur, sunt inimicitia, in causis præstita patrociniā, ut ex superioribus manifestò probatur. Sed de hac quæstione, utrum iudex sit recusandus uel non, apud quem cognoscetur? Respondeo, apud eundem iudicē. ut ff. de iud. l. ij. §. sed si agant. & l. si qs ex aliena. Sed quidam in contrariū, quorum est ratio prompta, quoniam nemo debet in sua causa ius dicere sibi. Et cum his consonat dominus Celestinus Papa  
e iij. in

iij. in iam dicta sua Decretali. & ibidē ca-  
 uetur, quod delegatus debet compellere  
 partes ut consentiant in aliquos, qui de  
 hac quæstione intra certum tempus co-  
 gnoscant. Inferior quoq; opinio magis  
 utitur æquitate. Hæc nanq; recusatio in  
 libello est inferenda, seu offerenda, & iu-  
 dici recusatio intra uiginti dies, ex quo  
 libellus datus est, porrigenda. ut in au-  
 then. offeratur, qui in hunc modū com-  
 modissime concipitur: Quoniam res est  
 meticulosa, & tristissimos sortitur euen-  
 tus sub iudice suspecto cōtendere, idcir-  
 co ego N. te N. suspectum sæuimq; mi-  
 hi cōperiens, audientiam tuam inter me  
 & N. recuso. Et si absit iudex, qui recusa-  
 tus est, his de uerbis potest concipi libel-  
 lus. Et tūc porrigendus erit ipsi delegan-  
 ti. & si is non adest, apud defensores uel  
 duumuiros, uel municipales erit expo-  
 nendus. ut C. de iudic. cum specialis. Et  
 sciēdum est, quod si recusato iudice dis-  
 sentiant in eligendo arbitro delegantis,  
 alter est eligēdus, ut in eod. cū specialis.

DE CONFESSIOIBVS ET  
*interrogationibus.*

**A** Vdiuimus supra de interrogatio-  
nibus faciendis ante litis contest.  
nunc diligenter inspiciamus de confes-  
sionibus, & interrogationibus, quæ fiunt  
& fieri debent post litem contestatam.  
Et in primis quod in confessionibus post  
litem contestatã factis non est locus pœ-  
nitentię, & ab illis recedi nõ debet, quo-  
niam (ut uidetur) confessus pro iudica-  
to habetur. ut C. de cõfess. l. i. Quodam  
modo enim sua se sententiã ipse damna-  
uit, ut ff. eo. l. i. Itẽ in Euangelio à Domi-  
no dictum legitur, Ex ore tuo te iudico:  
quippe ita uerba sunt intelligẽda, et tali  
regula omnis euitẽ obiectio. Cõfessus  
aliquis maior uel minor, cum suo defen-  
sore in iure aliquid certum petẽtium fa-  
citi, & non per dolum uel metum, & ab-  
sente aduersario, uel eius procuratore, et  
contra se habetur pro condemnato: que  
omnia poterit diligens lector ex his legi-  
bus colligere, ut ff. de cõfess. l. ij. & ff. de  
e 2 inter,

inter. act. l. de aetate. §. i. & ff. de interrog. act. confessionibus. & l. si is cuius. in fin. & ff. de condict. l. ij. & ff. de confess. certum. §. ij. In criminali uero causa confessionibus reorum pro exploratis facinoribus stare non oportet. ut ff. de quaest. l. i. §. diuus. Item si per ignorantiam facti confiteatur, non iuris, quia in aliena facti ignorantia tolerabilis est error. ut ff. pro socio. l. ult. Si uero aliquid pro se confiteatur, uel scripserit, non creditur ei, ut in authen. de iure iur. §. ult. coll. v. & arg. C. de probat. l. instrumenta. & l. rationes. Item si confessus (ut dictum est) habeatur pro condemnato, & ad hoc ut actor exhibeat probationes, non tamen confitens infamis efficitur propter confessionem, neque iudex a prolatione sententiae exoneratur, sed eam ferre debet. ut C. de iur. iur. l. ult. & ff. de custo. reo. l. si confessus. Et est notandum, quod actor cum reus confitetur immoderate aestimauerit, iudex debet eam aestimare. ut ff. ad l. aquil. Quid est ergo quod dicitur, In confitentem nulla sunt

lae sunt partes iudicis, ut in d. l. Respon-  
 deo, quantum ad examinationem & co-  
 gnitionem causae, intellige quod quaeris.  
 Et est sciendum, quod confessus in iu-  
 re etiam sine interrogatiōe habetur pro  
 condemnato. ut ff. de interrog. act. sine.  
 Item & ante litis contest. & post litis con-  
 test. si negans non conuincitur. Item si  
 obscure uel persecutorie respondit in-  
 terrogatus, si taceat, tenetur. ut ff. eo. &  
 l. ea. §. qui taceat. & ff. de reg. iur. qui ta-  
 cet. Item qui ad interrogata non respon-  
 det. ut ff. de inter. ac. de aetate. §. quod au-  
 tem. Item interrogatus habebit tempus  
 ad deliberandum, si petierit. ut ff. eo. qui  
 interrogatus. Sed an semper debeat da-  
 ri tempus & respōdebitur, prout iudican-  
 ti uidebitur. In summa, nota quod con-  
 fessus iudici terreno habetur pro condē-  
 nato, quoniā talis confessio adducit con-  
 demnationem. Secus, si cōfiteatur quis  
 domino, id est sacerdoti per dominum,  
 quoniā haec inducit absolutionem. Itē  
 quæri consuevit multoties, an confessio  
 in uno iudicio facta præiudicet, & apud



aliū iudicem in alio, super eadem re & quæstione? Respōdetur quod sic. arg. C. de liber. caus. iubemus, arg. ff. eo. & quia hic, in fin. Ad hoc idem est bonū argumentum, C. de re iud. l. gesta. & C. de §. ult. Item quæritur cum quis interrogatus dicat, dubito, an sufficiat? Respondent quidam, sic. arg. C. de except. si quid, & ff. de pet. hær. l. si debitor. Sed alij contrā dicentes asserūt, Esto quod possit dicere, dubito, tamē in ultimo cogēdus est. Respondeñ, qui credit uel existimat, iurat debere respōdere secundū opinionem sui animi. ut C. de iur. iu. l. ij. in prin. & credulitas quod credit etiam opinio est: ergo debet reddere, quod credit uel existimat: & non debet ita respondere, ut incertum dimittat interrogantem, sicut dictum est: quod fieret, si diceret, dubito. Sed dominus Ioannes dicebat, quod in huiusmodi dubijs non semper permittendum est reo dicere, dubito: neq; semper cogendus dicere, credo uel existimo. Nā si actor petierit quinquaginta, & reus profiteatur,  
tunc

tunc sufficit, si respondeat, dubito. Item si de suo contractu conueniatur, non facile permittendum est dicere, dubito: si uero pronuntiatur pro cōtractu alieno, puta hæreditario, uel alio, tūc bene possit dicere, dubito. Si iudex forte non peritus instaret ei, & uellet eum arctare ad respondendum quid credat uel existimet, tutius est ut affirmatiuis excipiat reus semper negatiuam. Nam si ipse interrogatur ita, credis hoc? & ipse dubitat, securius potest respōdere, dubito, nisi credo, quod sic credo. Præterea sicut reus compellitur ad omnia interrogata agentis respondere propositis actionibus: sic ubicunq; æquitas iudicem mouerit, uersa uice compellendus est actor respondere ad interrogata rei in exceptionibus oppositis. quoniam reus excipiēs actor efficitur. ut ff. de except. l. i. Illud quidem non omittendū, quod reus pluribus exceptionibus uti potest, quamuis diuersę sint. ut ff. de excep. nemo. Itē quod si uideat cōfiteri de intētionē aduersarij cū utitur exceptione, ut ff. de excep. nō potest.

DE CAUSARVM COMMISSIONE  
& delegatione.

**E**Xplicito tractatu interrogationū, quæ fiunt ante litis contest. & quæ fiunt post: quædã fiunt ante sacramentum calumniæ, quædam post, & sic fiunt usq; ad sententiam: merito igitur uidentum est de sacramento calumniæ. Sed quia iudices litigatoribus dantur quandoq; ad cognoscendum tantum, uel definiendum, quandoq; ad cognoscendum & pronũciandum antequam de calumniã iuretur: ideo prius de causarum commissione & delegatione aliquid in medium proferamus, uidelicet de iurisdictione mandata & delegata. Vnde subtiliter inuestigare oportet, quid sit iurisdictionis, quis possit demandare & delegare. Item quis possit dare iudices, in quibus causis possint delegari iudices, seu quæ causæ iudicibus delegentur, & que non, & quomodo. Item quid in mandata & delegata iurisdictione ueniat, & que sit potestas iudicis delegati, quando finiatur

niatur talis delegatio, uel mādatum. Est enim iurisdicōtio, potestas alicui indulta cum licentiā reddendi iuris, & facultate statuendæ æquitatis. uel iurisdicōtio est, iudicis dandi licentiā. ut ff. de iuris. om. iu. l. iij. Item iurisdicōtio alia est plena, ut in principe Romano, quoniā populus Romanus ei & in eum omne suum imperium & potestatem concessit et contulit. ut ff. de constit. princ. l. i. Et hoc idem habeatur in diuinis, quoniā dominus Papa habet plenitudinem potestatis, ut dicitur cap. xiiij. in Decret. col. ij. Alia est nō plena, ut in alijs iudicib. Ad hæc alia est ordinaria, alia extraordinaria, puto demandata uel delegata. Ordinaria est in præside & proconsulib. qui habēt dignitatem cum administratione, cum Romæ possit de his causis cognoscere & pronuciare. hi namq; iurisdicōtione recte demādant, quoniā habent eam suo iure, nō alieno, id est non ab alio iudice, præterquā à principe. ut ff. de iurisdicōt. l. more maiorum. Et possunt tales iuridicōtione suam uniuersam māda-

e 5 realijs,

re alijs, aut non totā si uolunt, sed in personas certas, uel in loca certa, puto demandant omnem iurisdictionē. huius loci uel plurimum locorum simul, ut quandoq; faciunt castellani, seu comites in Thuscia, seu alibi. Item demandant uniuersam iurisdictionem suam inter tres, uel quatuor, uel plures cohæredes uel socios. Unde mandant ad unam speciem scilicet, alicuius societatis uel contractus, seu alterius petitionis. ut ff. pro soc. l. prætor. Et notandū est, quod delegatio uel demandatio causarum à iudicibus facta ita demum ualebit, si ad iurisdictionem pertineat delegātis, nisi sit à principe delegatus. hic enim causam, quæ ad eius iurisdictionem non pertineat, recte delegat: uerbi gratia, iurisdictione Thuscie alicui demandata est, hic causam uni de provincia recte delegabit, maxime si alius iudex non sit. ut C. qui pro sua in iud. d. post l. i. Sed hoc uidetur esse ualde iniquum, ut delegatus à principe in una causa, uel certo loco, uel rei possit delegare iudicem in alia re, uel causa alterius loci. imò

ei. imò plusq̄ mirabile esset istud, quod ille qui delegatus esset à principe, plus iurisdictionis habeat quàm ordinarius, qui iurisdictionem habet à principe & à lege, sicut & preses prouinciæ. Nec enim ipse potest delegare causam alterius prouinciæ, uel alterius iurisdictionis: quomodo ergo poterit, qui habet demandatam iurisdictionem uel delegatam, uel forte super una re tantum alteri delegare? Vel forte dices, quod lex ista loquat̄ in delegato ab ordinario, qui causam sibi delegatam alteri non potest nisi sit à principe delegatus. Nam illa causa alterius iurisdictionis est, scilicet iudicis ordinarij, qui illa delegauit. Sed planior est intellectus superior, imò & uerior. Item sciendum est, quod illi quibus sic (ut dictum est) iurisdictione demandatur, habent iurisdictionem mandatam, quam alteri demandare non possunt. ut ff. de off. eius cui man. est iur. l. ult. & de iur. om. iud. more. Sic ergo uidetur, quod à iudice iudex delegatus uel datus, iudicis nō habet potestatem, nisi sit à principe delegatus.

gatus. ut C. de iurif. om. iur. l. ult. Vel ut  
 omnis euitetur obiectio, nisi sit datus à  
 principe, uel à suo delegato, uel etiam à  
 præfecto urbis. ut ff. de iurisd. cum præ-  
 tor. §. i. Verum ubi uberior ex his pate-  
 at intellectus, omisso eo quod à quibus-  
 dam dicitur de specialitate & de litis con-  
 test. Item delegatio facta, utrū ei qui præ-  
 est iurisdictioni, an illi qui præest: sic bre-  
 uiter est distinguendum, quoniam aut qs  
 specialiter est delegatus ad unā causam  
 uel ad plures singulariter, quæ proprie  
 dicitur delegatio, sicut fit hodie talis dele-  
 gatio omnibus aduocatis ciuitatū & ca-  
 strorum à suis iudicibus ordinarijs: aut  
 etiam delegatus ad iurisdictionem totā,  
 uel ad partem eius generaliter, quæ pro-  
 prie dicitur mandatatio, sicut fit hodie:  
 uel qui sic proficiscuntur in singulis pro-  
 uincijs, uel in parte alicuius prouinciæ,  
 ut in comitatu Senensi, Florentino, uel  
 alio quocunq; certo loco. In primo casu  
 talis iudex, qui proprie dicitur delegatus,  
 delegare non potest: sicut dicitur in illa  
 lege à iudice. ut ff. de off. procons. et leg.  
 l. le-

l. legatus. et ff. de off. eius cuius est iur. d.  
 l. ult. & arg. ff. de iurisd. om. iur. l. more.  
 Excipitur, nisi à principe datus fuerit.  
 Quod uerbum quidam dicunt correctū  
 per ill. aut. ad hoc si administrant, etc. sed  
 non est uerum. In secundo casu talis de-  
 legatus, qui propriè dicitur habere iur-  
 isdictionem demādatam, rectè delegat  
 unam propriam causam, uel plures spe-  
 cialiter, sed non mandat uniuersa-  
 liter, quoniam mandat eam alio bene-  
 ficio. hoc probatur, ut ff. de iurisd. om. iur.  
 l. imperij. in fin. & more. & l. solet. & ff.  
 de iud. l. imperator. §. i. Dari non potest  
 quis iudex in causa sua, qui de ea neque  
 cognoscet, neq; pronunciabit. ut C. ne  
 quis in sua caus. l. i. Suam causam di-  
 co, siue ab initio, siue ex post facto. ut ff. *Sua causa.*  
 de iud. l. Iulianus ait. Item in causa, in  
 qua suum patrociniū præstitit, ut ff.  
 de iurisd. om. iud. l. prætor. Item surdus,  
 mutus, & perpetuo furiosus, iudex dari  
 non potest: quia quod hodie nō potest,  
 cras fortè poterit, et impubes. Item scemi-  
 næ & serui iudices dari non possunt. ut  
 ff. de



ff. de iud. cum prætor. Item cæcus iudex dari non potest, licet antequam esset cæcus inceptus, postea possit finire. ut ff. de post. l. i. §. causam. & ff. de iud. l. cæcus. Et notandum est quod in priuatis quandoq; ex ordinaria iurisdictione nõ iudicabit quis, in causa filiorum uel uxoris, uel libertorum, seu aliorum quos secum habet, ut ff. de iuris. om. iu. l. qui iurisdictioni præest. nisi parcissime, sicut habetur in ff. de off. præf. l. senatus. Delegari autem possunt omnes causæ, præter eas de quibus cauetur ne delegentur. Item non delegatur causa liberalis. ut ff. de pædan. iud. l. placet. Item neq; criminalis cognitio de suspecto delegari potest, transit enim cum iurisdictione mandata. ut ff. de off. eius cui man. l. cognitio. Sed delegatus de hac causa non pronũciabit, imò iudex ordinarius tantum. ut ff. de Senatusc. Tert. l. i. Si is non sit legatus proconsulis. ut in Instit. de susp. tut. in prin. Et dicunt quidã quod speciale est in legato proconsulis, scilicet quod possit remouere suspectos, uel qui quamdam

dam iurisdictionē propriam habet, non est in eo speciale cum iudex ordinarius sit, sed de alijs criminibus cognoscet legatus procōsulis, & pronuntiabit. Item cognitio causæ appellationis non delegatur. ipse enim iudex appellationis rē per se omnino audiat. ut in auth. ut defunct. seu fune. §. illud. et est arg. ad hoc in auth. de iud. §. si debet. infr. coll. ix.

Sed hoc uerum est quod iudex appellationis per se totum negotium uult finire, & eodē modo est intelligendū quod ibi dicitur de legato: nisi sit princeps, qui causas appellationis omnino rectē delegabit, ut in authen. de iud. §. sed debet. & §. sed debebitur. Item ea quæ causam cognitionem desiderant, ut adoptio, & quædam alia, per libellum non possunt expediri, id est, per demandationem & delegationē. ut ff. de off. proconf. & leg. l. nec quidquam. §. i. & ff. de reg. iur. ubi cunq;. Sed hoc uerum in his decretis quæ sunt in forma iudicij, ut in adoptione, in emācipatione, & alienatione prædij minoris. ut C. de præd. mi. l. ult. & C. de

de transact. de alimentis. et ff. de transact. cum hi. §. si prator. Et in alio quæ sunt de imperio mixto, excipiunt quidam. Item excipitur restitutio in integrum, quæ licet fiat causa cognita, ut ff. de in rem. l. iij. hodie tamē delegatus in integrum restituere potest. ut C. ubi et aduersus quos. man. l. ult. Sed dicunt quidam, quod restitutio formam iudicij obtinet, uel fortē legis iuste corrigendæ. Aut fortē speciale est in causa restitutionis, ut delegatus de ea cognoscere possit, & pronunciare propter minorem fauorem, quod uidetur uerius. Si administrator est, potest delegare, sic ut de causa cognoscat delegatus, sed non pronunciet: uel si non cognoscat, pronunciet, saluo eo quod dictum est de cognitione cause appellationis, ut in auth. ut defun. seu fun. §. illud. coll. v. & in auth. de iud. §. si quis autē. Et sciendum est, quod delegatus etiam à principe non potest solam cognitionē causæ demandare uel delegare, ut in eadem authen. Sed cognitionem et diffinitionē recte delegat. ut C. de iud. l. à iudice.

ce. Item nemo ordinarius delegatus solā diffinitionē sine cognitione delegare op-  
 test, licet quibusdā sit permissum recitare  
 sententiam per suos consiliarios & offi-  
 ciales, ut C. de sen. ex bre. re. lib. ij. Hic fa-  
 tis conuenienter illa quæstio inseritur,  
 scilicet an possit causa delegari, ne dele-  
 gatus recusetur. Item an ne possit appel-  
 lari. Respondeo, hoc solus Princeps fa-  
 cere potest, alij uero non, ut ff. quib. ap-  
 pel. non licet. lib. i. in fin. Nam hodie iu-  
 re canonum cum Princeps & dominus  
 Papa delegat sublato appellationis re-  
 medio, tollitur utruncq; et appellatiōis re-  
 medium, & recusationis, ut in extr. de  
 appell. super eo uero quod, nisi in casu,  
 ut ex Pp. Lucij. iij. ad aures. §. ult. Item  
 cum delegat delegatus ab eo potest sibi  
 causam commissam alteri delegare, scili-  
 cet totam audiendam & terminandam,  
 aut ut delegatus audiat tantum rationes  
 utriusque partis, & recipiat, quod est di-  
 gnum notatu. Item causa commissā si-  
 ne remedio appellationis, non potest à  
 delegato in eadem forma delegari, id est

f remo-

remoto appellationis suffragio, quod etiam est mirabile. Et si tunc à delegato delegati appelletur, refert utrum appellatio fuerit interposita ad dominum Papam, an ad delegatum ab eo. Nam facte quidem ad dominum Papam, omnino est deferendum: facte uero ad delegatū, minime. ut in extra. de off. & pot. iud. deleg. quamuis sciamus cum tibi de benignitate. Verum econtra, si cum iurisdictione mandata, uel etiā delegata imperium cohereat, quæ est modica cohercio: quicumq; talem iurisdictionem habet, potest cohercere modicè saltem. ut ff. de off. eius cui man. est iuris. l. ult. & ff. de iurisdic. om. iud. l. 2. & l. magistris. Quilibet magistratus, & quilibet delegatus potest diffinitiuam ferre sententiam. Item recte pronunciat, quæ in possessionem mittendū: sed non mittuntur, quod uidemus iugiter fieri, & ubiq; obseruari. & hoc dicit l. C. de iud. properandū. §. si autem. Et ordinarius qui delegauit, uel dedit, in primis sententiam exequitur, siue sit diffinitiuam, siue in-

ue interlocutoria, ut de danda possessione. ut ff. de re. iu. à Diuo. Item potest saltem modicū cohercere, ut ff. de off. eius cui man. est iur. l. ult. & ff. de senten. & interl. l. ij. et l. magna. Sed non potest ante litis contest. partes reuocare, & postea citare per edicta, ut in Auth. de exhib. et introd. reis. §. furdus. nisi sit delegatus à Principe. ut in Auhen. de litig. §. omnem uero. Et in extra. de off. & po. iud. deleg. de causis qua, & c. Sed requirere et admonere litigatores potest, ut ad causam ueniant, ut C. de iud. sancimus. in fine. Hodie autem uideť cum dominus Papa causam alicui delegat uel committit, delegatus recipit plenam potestatem super his omnibus, quę ad illam causam spectare noscuntur. Ergo licet non contineatur in literis comissorijs quod possit partes cogere, contumaces punire, uel exequi sententiam : recte tamen hæc omnia poterit facere, ut in extra. Papæ Lucij iij. quaesitum est, & in decretis. §. iij. q. v. l. ij. quisquis. Si ordinarius iudex illius noluerit, uel non potuerit, uel

f 2 negle-

neglexerit sententiam executioni mandare, quod colligitur ex illo extrauagante sententiam, & ex altero significasti.

## DE CITATIONE.

**D**ictum est, quod delegatus neq; ante litis contest. neq; post, per edicta potest citare, nisi sit delegatus à Principe. Ergo uideamus qualiter fieri debeat per edicta citatio. Olim iure antiquo etiam mittebantur absenti tria edicta, habens unumquodq; interuallum x. dierum. Et post, scilicet quarto loco, peremptorium, ideo sic dictum, quod causam & eius disceptationem perimat, &c. Et quandoque peremptorium mittebatur statim. Nam & unum pro omnibus quandoq; mittebatur. Hodie uero notari debet, & citari tribus edictis, per interualla triginta dierum in unaquaque uocatione, ut habetur in illo Authentico, qui semel. Sed quidam dicunt, quod istud Authen. loquitur specialiter ante litis contest. & in auctore absente locum habet, quod legitur in C. de iud. propria.

§. &amp;

*Peremptorium.*

§. & si quidem. Sed superior sententia uerior est, quoniam illud spacium datur tam actori quam reo, & quod in C. dicitur de x. dieb. in authen. de litis con. corrigitur & emendatur. Sed cur, cum ex ordine quatuor edicta mittenda sunt; Respondeo, Hoc uerum est, quando ex causa peremptorij iudex uult iudicare. Verum tamen dici potest, quod unum tantum peremptorium mitti pro omnibus sufficiat, sed quod continetur in l. praedicta, nonnunquam. ff. de iud. imò nunquam mittendum est, nisi reus contumaciter absens sit. ut arg. C. quo mod. & quando iur. l. ij. puta quia de ore ambos iudex sibi denunciauit, ut ueniret ad dictam, & ipse non uenit. Nam ideo mittuntur edicta peremptoria & denunciations in scriptis, ut per hoc cognoscatur & deprehendatur contumacia ipsius fugientis. Sed cur mitterentur, si de contumacia constaret? Respondeo, non uideo: quia ubi res ipsa per se patet, non est locus coniecturae, uel praesumptio aliqua inquirenda. Nam in incertis locus est



coniecturæ, ut in Authen. de restit. et ea  
 quæ Pa. §. ult. & ff. de verb. ob. continu  
 is. Sed quæritur, an iudex possit huius  
 modi inducias peremptoriæ arctare? Re  
 spondeo, potest. Sed quod æstimauerit  
 post conditionem anni uel personæ, aut  
 temporis, ut ff. de iud. nonnunquam.  
 Istud autem obseruant hodie iudices no  
 stri temporis, & deductum est in con  
 suetudinem, ut siue uelint ex causa per  
 emptoriæ iudicare, an ex contumacia ab  
 sentis, puta interloqui de danda possessi  
 one alicuius rei, uel pro aliquo debito  
 causa seruandæ rei, super petitorio pro  
 omnibus mittunt absentem, uel ad domũ  
 eius ponitur. ut in Authen. de litig. §.  
 omnem uero. Ex his uerbis commode  
 concipitur citatio. Ego B. iudex Senen  
 sis, hoc uno peremptorio pro omnibus  
 tibi M. firmiter precipio, ut hinc ad octo  
 dies coram me uel coram iudice tali à me  
 delegato uenias. uel te representes ad ra  
 tionem faciendam N. de fundo tali, uel  
 ei qui à te petit, alioquin in possessionẽ  
 rei dictæ, uel aliarum rerum tuarum pro  
 mensu.

mensura suæ petitionis ipsum indice-  
 mus, & ulterius non citaberis. Hoc mis-  
 so seu proposito ad ædes absentis expe-  
 ctabuntur dies peremptorij, quib. elap-  
 sis quandoq; fertur sententia contuma-  
 ciæ. Sed reperitur casus, in quo si super-  
 ueniente huius peremptorij termino sit  
 absens, iterum citandus antequam iudex  
 pronunciet. Respondeo, siue ueniet, si-  
 ue nõ, agetur causa, & pronunciabitur.  
 ut ff. de iud. & post. Vnde queritur hic,  
 si non fuerit postea citatus, & sententia  
 feratur, an ualeat. Respondeo, citari de-  
 bet si potest. alioquin, id est, si nõ potest  
 citari, bene ualet sententia. Re quidem  
 integra mandatum iurisdictionis solui-  
 tur, & finitur morte mandantis, sicut in  
 cæteris causis. ut ff. de iurisd. om. iud. &  
 quia. & notandũ est quod iudicium sol-  
 uitur, uetante eo qui iudicare iussit, ut  
 ff. de iud. iudicium. Et similiter morte li-  
 tigatoris. ut ff. quæ sent. sine app. re. eũ  
 qui nisi ante procuratorem dedit ad cau-  
 sam agendam, uel defendendã. In quo  
 casu potest inchoatam causam finire, ut

C. de procura. nullam. Prædictorum iudicum quidam habent merum imperium, quidam uero mixtum, quidam co-hærens. Sed horum tractatu, quoniã ad præsentem materiam non pertinet, penitus omisso, ad propositũ breuiter redeo, dicturus in primis anteq̃ de calũniæ sacramẽto tractetur, super quib. quæ principalib. incidunt sæpius & excurrunt.

QVANDO IN QVÆSTIONE PRINCIPALI incidit alia præiudicialis.

De incidenti  
ii.

**C**ontingit quãdoq̃, imò sæpius, ut antequã de calũniã iuretur, quod principali quæstioni more incidens occurat, quæ aliquando præiudicat, & elidit principalem, aliquando non. Item utrum primo sit cognoscendũ & pronunciandũ de principali, an de incidenti, uel similiter de utraq̃. Principalis quæstio est ista, Peto à te hæreditatem: incidens uero ista, Non potes petere, quia seruus meus es. Item peto à te decem, uel fundũ ex testamento: & tu obijcis, non potes, quia nullum est, uel falsum testamentũ, seu

seu non iure factum. Item propono con-  
 tra te iudicium factum hæreditatis, & tu  
 obijcis, Non potes, quia nõ es frater me-  
 us. Item peto à te partem hæreditatis, &  
 tu obijcis, Nõ potes, quia non es frater  
 meus: id est, filius patris mei, cuius hære-  
 ditatem petis. ut C. de ord. iu. l. i. & ij. et  
 iij. Et in extr. qui fil. sint leg. lator præsen-  
 tium. Sed multæ aliæ sunt principales,  
 quibus incidētes occurrunt. Istas tamen  
 exempli gratia posuisse sufficiat. Illa er-  
 go quæstio propria est, & dicitur incidens,  
 si principalis moueri non potest. et tunc  
 præiudicat, quando principalis sine ea fi-  
 niri non potest, uel terminari, ut supra-  
 dictis exemplis. Sed quando incidens  
 est talis, sine qua potest principalis termi-  
 nari, proprie tunc non est incidens, neq;  
 dicitur incidens, quoniam non præiu-  
 dicat principali, neque eam elidit. Puta  
 mouetur quæstio, Vtrum debeat recipi,  
 uel non, de teste. Item an sit recipienda  
 appellatio facta ab interlocutoria sentē-  
 tia, in quo supersedeat principalis, do-  
 nec de appellatione cognoscatur. Item

*Emergens.* an dilatio quæ petitur, debeat dari. & tunc istæ tales non proprie sunt incidentes, sed sunt & appellantur emergentes. & hæc sæpius occurrunt post præstitum sacramentum calumniæ.

De quæstione, quæ reuera est incidens, superest cognoscendum. Sed an super ea expressim sit pronuntiandum, à sapientibus dubitatur. Variatur, & dicunt quidam, nunquam de tali incidenti esse pronuntiandum expressim, sed cognoscendum esse & pronuntiandum expressim de principali. Et sic de eo incidenti pronuntiare per cõsequentiam uidetur, uerbi gratia: Pronũciabit iudex hæreditatem ad actionem pertinere, & sic per consequentiã illum esse ingenuum, uel filium defuncti, & fratrem illius contra quem agebatur: nisi in casibus à lege expressis, ubi innuit de tali incidenti iudicẽ prius debere pronũciare, quàm de principali, ut C. de ord. co. l. ij. & arg. C. ad l. Cor. de fal. et fortè præuicatoris, ut ff. de præuar. l. ij. Item quæstionẽ incidentium alia incidit, de qua primo iudicari

iudicari debet, utpote petenti tibi uel à te hæreditatem, obijcis quia seruus: ipse uero replicat, quia libertatem accepit in testamento: tu duplicas, quia falsum est: profectò primo debet quæri de falso, uel falsi quæstione, ut ff. de pet. hæred. l. iij. Et causa incidens est talis, quod nõ plenarie, sed semiplenè est examinanda. si tunc pronunciatum fuerit de principa li, non fiet præiudiciu[m] incidenti, arg. l. ff. de re. iud. à diuo. §. si super. Alij uero dicunt, de qualibet incidenti semper esse pronunciatum expresse, nisi in duob. casibus, puta ratione eius qui agit, puta quia impubes est: & ratione iudicis, puta, quia pædaneus est, ut C. de ord. iud. l. i. & iij. Alij dicunt nunq[ue] de ea pronun ciandũ expresse, nisi quando ciuili inci dit criminali, & criminalis ciuili, ut C. de ord. iur. l. iij. Alij dicunt, quod si incidens est talis, de qua, si simpliciter moueretur, iudex pronũciare posset super ea expresse. arg. ff. de neg. gest. si aut. §. ult. et arg. ff. de mi. l. intra. Sed prima distinctio atq[ue] sententia melior & laudabilior est.

De

## DE IVRAMENTO CALUMNIAE.

**T**Ractatis & expositis in superiori parte omnibus quæ in causis agendis atque tractandis ante litis contest. & post frequentissime occurrunt & desiderantur, utile nunc fore creditur, in præsentis tertiæ partis initio de calumniæ sacramento, unde suo loco intentionem habueramus, adhuc hic aliquid differere. Videndum ergo est quando & qualiter, & quibus de causis præstetur sacramentum calumniæ, & an possit remitti. Item qui debeant et possint de calumniâ iurare. Iusiurandum de calumniâ, est quidam legitimus trames, per quem litigantium temeritas & litigiosa instantia compescitur, ut Instit. de pœn. teme. litig. in princ. & C. de iureiur. l. i. quæ & duobus alijs modis corrigitur, videlicet aliquando pœna pecuniaria, aliquando infamiæ metu, ut in ea. l. in princ. Et calumniâ est ex certa scientia petitio falsa, uel repulsio: ut si coloni, quos quis bona fide possideat, uice fugæ alios transierunt,

fierunt, illico ei celeri reformatione succurratur. In principio causarū, id est ante litis contest. præstatur calumniæ sacramentum, quod colligitur C. de iure iuran. id est propter calumniā. l. ij. & ex illo. §. sed præ. et maxime de illo uerbo litē mouisse, &c. Iurabit actor, quod non animo calumniandi petat, uel quod nō animo calumniandi litem moueat, sed quia existimat se bonam causam habere secundum rationem, seu consuetudinem quidem illius terræ constitutum, & quod dicat et manifestabit usque ad sententiam, omnem ueritatem quam sciuerit uel crediderit, iudice eum per sacramentum in terrogante: & in dicendo non miscebit falsitatem studiose. Et si audierit aduersarium dicentem ueritatem, eam nō negabit, imò profitebitur: & probationem non exiget ullam in tota causa, nisi quā pro ueritate sibi crediderit necessariam & profuturam: nec producet probationem pro falsitate. Item quod nihil iudici pro hac causa dederit, promiserit, aut daturus est, uel promissurus, per se, uel per alium,

*Formula iuramenti caluniæ actoris.*



*Rei iuramē  
tum de calū  
nia.*

aliū, exceptis his quib. leges dare per-  
mittunt. Iurabit reus sic, scilicet quod pe-  
titioni actoris non contradicit propter  
calumniā, sed ideo uenerit ad contra-  
dicēdum, quia putat se bona instātia uti  
secundum rationem uel loci consuetu-  
dinem, aut constitutum, & alia omnia  
iurabit per singula. Itē uterq; quandoq;  
iurat se uenturum ad iudicem, uel co-  
rā eo ad terminos sibi datos. quod actor  
& reus taliter, ut dictum est, debeant de  
calumniā iurare colligitur in authen. ut  
litig. iur. coll. viij. & in authen. de his qui  
m. ad appell. coll. v. Habetur etiam ex  
generalī consuetudine iudicantiū quali-  
ter dirimunt, causasq; definiunt. Sed q̄-  
modo præstat in duplicibus iudicijs  
sacramentum calumniæ? Iurabit actor  
sacramentum actoris & rei, & reus sacra-  
mentum rei et actoris. ut ff. famil. hercis.  
inter cohar. §. qui famil. herciscun. Sed  
hic quæri consueuit, quis primo iurare  
debeat de calumniā inter reum & acto-  
rem? Respōdeo, actor primo iurabit. &  
sic manifeste colligitur & habetur C. de  
iur,

*Duplicia iu-  
dicia.*

fur. iur. prop. calum. dan. l. ij. licet Inst. de poena tem. litig. §. i. primo ponatur sacramentū rei. et C. eo. l. i. Nam et constat. siue procemio digestorū dominus Iustinianus, an nō ratione sui corporis consummati et totius reipub. sanctionis purgatae atq; compositae, prius commemorat & mentionem facit libri i. Instit. deinde de Digestorū, tertio loco Codicis: Et tamen constat quod primò fuit compositus liber Institutionum, quod colligitur ex libro C. de ueteri iur. enucl. l. i. & ij. §. omnia. Sed cū perspexerimus, non est semper relationibus huiusmodi ordo rationis considerandus. ut arg. ff. de pecul. quidam. et ff. de solut. neq;. Sed quid sit in actione duplici, puta interdicto uti possidetis, & interdicto communi diuidendo, et famil. herciscund? Respondeo, iurabit qui prius prouocauit. ut ff. com. diuid. l. ij. & ff. de iud. in tribus. Si uero ambo simul uenerint, res sorte dirimetur. ut ff. de iud. l. sed cum ambo. Item quid erit, si actor uel reus noluerit prestare sacramentum calumniae? Respondeo,

deo, Actor, qui prestare sacramentum recuset, actionem institutam amittat; & à iudicio uel causa ut litigator improbus expelletur. ut C. de iur. iur. l. ij. §. quod si actor. Hic quæritur, si coram arbitro litiget, an istam poenā patiatur? Respondeo, Tunc sibi nihil obesse debet, si nolit de calumniā iurare. Quoniam in multis alijs causis dissimilia sunt iudicia et arbitria. Actor contra, dicit enim, quia prius habet deliberationem seu tempus ad deliberandum, scilicet cedat uel contendat. ut in authen. illa offeratur. Item quæritur, cum ab actore sacramentum calumniæ exigatur, an debeat ei dari tempus ad deliberandum, si petat? Respondeo, dari debere, prout iudex dari prospexerit. quod colligitur ex illo uerbo, & hoc legitime fuerit approbatū. ut C. eo. l. ij. §. quod si actor. Nam hoc à iudice debet approbari. arg. C. de rebus cred. & iure iur. generaliter. Itē quærit, an actor tunc amittat actionem ipso iure, uel per sententiā. & dicunt quidā ipso iure, alij per sententiā, quorū dictū magis approbo,  
ut

ut arg. in auth. coll. ix. ut liti. iur. Sunt tamen de hoc argumento plura hinc inde dubia. Sed aliud est hodie in auctore nolente iuramentum calumniae praestare, ut per approbatam consuetudinem demonstrat. Nam statim eo nolente sacramentum subire, & quantitatis in petitione comprehensae solutae ab eo & alijs quibusdam expensis praedictis secundum iudicis uoluntatem in causa & pro causae necessitate erogantis dimittitur, & relaxatur cum suis pignoribus & cautione, & a iudicio, & aliam poenam non patitur. Reus uero qui recusauerit sacramentum calumniae subire, habeatur pro confessio, in his quae actor petierit, & pro ut rei qualitas exegerit, et iudex suam dicet sententiam, ut C. de iur. iur. prop. calum. l. ij. §. si autem. Puto si conueniatur actione ex empto, condemnatur ad interesse. Si uero actione in rem, condemnabitur in rem, quae petitur, uel aliter, si condemnandus ex causa proposita condemnabitur, ut si peto a te decem, quia promissisti, ego dico contra per metum

## 82. PILEI IVRE CONSULTI

promisisse, tūc licet uelis nolis iurare debes de calumniā, non tamen condemnaberis. Quod et si cōuictus esses, quod ex tali causa mihi promisisses, nō ideò condemnaberis. Item si cessi, & mandauit tibi ius quod habebam in fundo Corneliano, oportebit subire iuramentum calumniā, si ueritatem scire me melius apparuerit, & si res exegerit. Hic queritur, an reus possit pœnitere suæ recusationis? Respondeo, posse, re tamen integra: quoniam humanitas iusto pœnitudinis non est amputāda. ut ff. de appel. si quis. & arg. ff. de fal. l. qui fal. & arg. ff. de in ius uoc. quāuis. & ff. de act. emp. & uen. si sterilis. §. ult. Item alia ratione, quasi habuerit occasionē, iudex potius debet absolvere quā condemnare. ut ff. de act. habemus. Nam reus sacramento calumnię semper condemnatur, uix aut nunquam forte absoluitur, nisi talis esset petitio actoris, ut dictum est, à qua reus absolueretur, et si sacramētum calumniā præstitisset, & bene constaret de intentione actoris: quod non contineret,

geret, si reus sacramentum calumniæ faceret. Nam fieri poterit, quod actor non probabit, uel reus elidet intentionem eius per exceptionē oppositam, & sic absoluetur. Vel potest dici, quod nō liceat pœnitere reo, quoniã cum recusat subire sacramentum calumniæ, credit se malam causam habere, & hoc in casu non est locus pœnitentiæ. Et de hoc possunt plura argumēta & leges induci. Sed superior sententiã humanior est. Item queritur, si reus uictus sit, an possit appellare? Respondeo, dicunt quidam quod non: alij uero dicunt, quod bene poterit appellare; quorum sententiã melior est, ut arg. ff. de appell. l. ult. §. i. & arg. C. de iur. iur. generaliter. §. si autē is. Item queritur, si tunc reus uoluerit, ut actor de alio quo interrogetur, an per sacramentū calumniæ debeat interrogari? Respon. minimē. Iuratur de calumniã in omnibus causis. ut C. de iur. iur. prop. cal. l. i. & ij. in princ. Hoc queritur, an in criminalibus sit iurandum de calumniã? dicunt quidam utiq; adhærētes illi uerbo,

in omnibus causis & litibus, &c. arg. C. de fid. inst. l. ult. & arg. in authen. ut liti. iu. §. si quis ex litigatoribus. coll. ix. Alij vero dicunt, quod in criminali nequaquam iurari debet de calumnia, sumentes argumentum ex eodem uerbo, ubi dicitur in omnibus litib. &c. Est enim litis nomen complexiuum actionis in rem, & in personam. ut ff. de uerb. sig. litis. Item quia publica iudicia nihil commune habent cum caeteris iudicijs, sed neque per actiones ordinantur. ut Inst. de publ. iud. in princ. Veruntamen hanc ultimam partem sacramenti praestabunt in causa criminali, quod neque dederunt iudici, neque dabunt. Melius est ergo quod iuretur de calumnia, tam in criminali quam in civili causa. Item in causis translatis ad alium iudicem, uel per appellationem, uel per primi iudicis mortem, uel per aliam irrefragabilem occasionem, non iuratur de calumnia, quia sufficit semel fuisse iuratum apud primum iudicem. Sed hoc solum iurabitur tunc in causis delatis per appellationem, scilicet de dicenda ueritate,

*Litis nomē.*

tate, & quod nihil dederunt iudici, neq; dabūt, aut alteri pro eo quolibet modo propter hoc, ut in authē. ut liti. iur. coll. ix. in princ. Neq; est mirum si hoc sacramentum per iudicem præstetur, qui de appellatione cognoscit, quæ inesse posset, quod primo non dedisset, nec promississet etiã in principali negotio, si modo huic daretur uel promitteretur, & essent multi qui non crederent se teneri apud priorem iudicem. Sed quidam dicunt, quod trãslato iudicio ad alium iudicem ante trienniũ ex causa ineuitabili, ut dictum est, iurabit uterq; litigator de calūnia apud istum iudicē, sicut uariatur in causis delatis per appellationem. ut arg. ff. de dam. infect. qui bona. §. si quæro. Nam multi nunc crederēt se tantum deponi sacramēto apud istum iudicem, ut dictum est: quorum sententia laudabilior, ut omnis euitē suspicio, quod imperatori cordi fuit. ut C. de iud. apertissimi. & malignandi remoueatur occasio. De causa in triennium nondum finita nemo est qui dubitet, quod si prius age-



tur in ea, iterū iurabit de calumniā, quia ipsius instantia perijt, & alia causa est. Idem est hodie in omnibus causis, quae tempore breviori finiuntur, quia breve tempus varias locorum consuetudines succedit loco triennij, ut translato iudicio propter temporis casum, si iterum agitetur, iteratio de calumniā iurabitur. Dicendum igitur, an sacramentū calumniā possint partes inter se remittere? & certe nō possunt, quoniam non pro cōmodo singulorum, sed pro utilitate omnium inuentū est. ut C. de iur. iur. prop. cal. l. i. §. fin. autem. Item pactum priuatorum iuri publico derogare nō potest. ut ff. de pact. l. publicum. & ff. de re. iur. in pignus. in fin. Quid si non exigatur, & sententiam tulit iudex, an valebit talis sententia? Respondeo, dico eam valere. ut ff. de op. no. nunc. de pupillo. §. qui opus. & ff. de iur. iur. l. ius iurandū. §. qui ius. Exgo cum exigit, debet praestari, alias nō est necesse: sed siue à partibus exigat, siue nō, semper iudices moneant partes ut de calumniā iurent. Si obijcitur,

obijcitur, non ne sacramentum calumniae remittitur parentibus & patronis, cum sacramentum defertur, & tunc postulatur caueri de damno infecto, ut ff. de iur. iur. si patronus. & l. iusiurandum. §. hoc ius. et ff. de dam. infect. qui bona. §. alieno. & ff. de ob. ali. praest. licet; Respondeo, quida uolunt dicere hanc differentiam duntaxat esse inter istud sacramentum de calumnia, & illud quod praestatur in delatione sacramenti: & quando postulatur caueri de damno infecto, puta quia istud certis personis remittitur, ut dictum est. Verum pro certo male & pessime dicunt, quoniam per legem domini Iustiniani hodie sacramentum calumniae nemini remitti potest in aliquo casu. ut C. de iur. iur. prop. cal. l. ij. & in authen. ibi posito. Sed haec postea. Item queritur, an speciali priuilegio a principe possit sacramentum calumniae remitti, ut non praestetur, uel per aduocatum praestetur; Respondeo, utiq; quoniam ea quae postea gerentur, prioribus derogant. ut ff. de codicil. diui. §. ij. Ita tamen

ut si fuerit uni remissum, uelut per aduocatum præstetur concessum, alter super eodem iure utatur. ut arg. C. de fruct. & lit. expen. l. ult. & ff. quod quisq; in al. stat. l. i. & l. si quis iniquum. Sed princeps ita demum facere hoc potest, si nominatim dixerit, hac lege non obstante. ut ff. de leg. iij. si quis. in princ. Item queritur nūquid si ille qui tale priuilegium impetrauit, nolit eo uti, an aduersarius iurabit? Respond. edicto ponitur. ut ff. quod quis. in al. stat. si quis. & arg. ff. de calum. l. iij. Hoc tamen fit hodie, quia sacramentum calumniæ differtur usq; ad sententiam, & interim iudices testes recipiunt, & alias probationes omnes, sed ante sententiam partes de calumnia iurare, quod non est contrarium mihi.

Quæ personæ de calumnia iurare debeant uideamus. Iurant quidem personæ principales, id est, actor, qui petit, & reus, qui conuenitur, si fuerint maiores, & compotes mentis, qui petunt suo nomine, & qui conueniuntur suo nomine similiter. Sin autem iurabit tutor uel cura  
tor in

tor in causis pupillorum, & adultorum, & aliarum personarum, quę sunt sub cura. Item iurabit actor in locū tutoris datus & per iudicem constitutus, & curator bonis datus similiter, & curator uentri datus. Item iurabit pater in causa filij famil. minoris. Item iurabit Archiepiscopus, & quaelibet religiosa persona, scilicet in causa suarum domorum diuinarum, puta orphanotrophus, & nesotrophus, & alij rectores ecclesiarum et religiosorū locorū, puta syndicus electus à suo collegio & oiconomus. Itē actor uel syndicus in causa episcopatus ab episcopo. Itē actor uel syndicus constitutus ab uniuersitate aliqua: quoniam omnes supradictę personę legitime gerunt administrationem. quod colligitur in auth. ut liti. iur. coll. ix. & C. de iur. iur. prop. cal. l. i. & ij. in princ. §. sin autem. et ff. de cura. bon. dan. l. ij. Sed quidam dicunt, quod si agat causa alicuius ciuitatis aut municipij, uel alicuius collegij, nō sufficit si iurēt de calūnia defensores, uel syndici, aut prelati, uel oiconomi ecclesiarū,

uel collegiorū. Imò uel uniuersitas, uel maior pars uel idoneor iurabit. C. de iur. iur. prop. calum. l. ij. §. hoc etiam. in fin. Veruntamen non bene dicunt, quoniam satis uidetur, si maior pars iurat, cum defensores aut cōsules, seu uel syndicus uniuersitatis, seu syndicus à collegio electus praelati seu œconomī ecclesiarum, & aliorum religiosorū locorum iurant. ut ff. de cond. & demonstr. inimici. & ff. ad municip. l. inimici. & in authen. de quæstione. coll. vi. §. cingulo. & C. de mino. l. tam collectores. & arg. in decret. dist. iij. quæris. & ff. de lib. mu. l. i. Sed hic occurrit fortis obiectio, quia clerici non debent iurare de calumnia, ideoq; iurare prohibentur. ut C. de episcop. & cler. Sed hoc intelligendum est de his clericis qui uacant sanctis mysterijs, alioquin privilegio carent. ut C. de episcop. & cler. generaliter. Dicit potest firmiter, argumēto illius legis quæ dicit omnes principales personas debere de calumnia iurare, quod clerici debent istud sacramentum calumniæ subire, & maxime

maxime ea ratione, quia reperitur clericum iurare debere, ut in authen. hoc ius por. & C. de his qui ad conf. l. praesenti. & argum. ij. quaest. iij. omnibus, in Decret. & ex l. praed. cum clericis. Sed loquitur specialiter in sacramento iudicio sisti, uel loquitur specialiter in clericis Constantinopolitanis. Potest tamen in hoc casu satis laudabiliter distinguui, utrum clericus conueniatur uel agatur nomine suae rei propriae, an de re ecclesiastica non pertinente ad spiritualia, ut si conueniatur, uel agat de spiritualibus. In primo casu iurabit ipse, de licentia tamen sui praelati, ut habetur in illo extra. inhaerentes. & extra. per inf. & extra. principium, &c. In secundo casu iurabit per aduocatum si uoluerit, ut habetur in extr. Imperator. & in extr. in pertractandis. In initio uero causae nullo modo iurabit, ut habetur in illo extra. uag. inhaerentes. & extr. per int. & extr. principium, &c. In secundo casu iurabit per aduocatum si uoluerit, ut habetur in extr. literas, Sed hodie indistincte clericus

clericus iurat de calumnia, de quacunque agat uel cōueniatur, siue fuerit corā ciuili iudice, siue corā ecclesiastico, nisi causa illa sit criminalis, uel spiritalis, acquisita licentiā iurandi à suo praelato. Nam constat quod criminales causæ, ecclesiasticæ uel spiritalis non tractantur in foro ciuili, sed in ecclesiastico duntaxat. Itē notādum est, quod simplex procurator in nullo casu iurabit. ut ff. de dam. infec. qui bona. Item procurator in rem suam factus in actione sibi concessa iurabit de calūnia, quam rem suam, et suo nomine agit. ut C. de proc. qui stipendia. & arg. C. de dona. l. illā. Sed an si aliquis litigātium ad iudicem uenire nequiuerit, occupatus forte, uel alio modo impeditus, præstet iuramentū corā officialib. curiæ direptis ad eum cum parte aduersa? Itē mulier honestæ uitę absente aduersario corā officialibus sacramentū calumniæ præstabit, et si alterā partē abesse contigerit, † subiectis iuramentorum apud iudicem prouinciæ uel defensoribus locorū iurabit, ut in authen. ut liti, iu. coll. ix.

*Alias, suggestis iuramentorū clausulis.*

## DE PROBATIONIBVS.

**P**Ræstito à partibus calumniæ sacramento, si causarū natura exigat. Verum hinc inde factis interrogationibus et responsionibus atq; cōfessionibus, dicentur & appellantur acta, id est, in actis coram iudice facta. ut C. de appell. à proconf. Inducuntur probationes, puta instrumentorū, & testium: & post hæc sequuntur dilationes, & causæ examinatio, etc. Iudicis, circa allegationes advocatorum obiectionesq; suppletio, & interlocutio, & diffinitiva pronuntiatio. Item appellatio, post executio, si non ualeat appellatio, uel si non sit prouocatum, quæ omnia largiente Domino singula prosequemur. In primis igitur quis probare debeat uidendum est, & cui probeatur. Probare debet quidē actor quod dicit. ut C. de edend. l. i. & iiij. ut ff. de proba. l. ij. & nō reus, qui negat, scilicet simpliciter factum. Negantis enim factum per rerum naturam, id est, per causarū cōsuetudinem. ut ff. de proba. l. ij. & C. de



de probat. l. actor. Est enim consuetudo altera natura. Secus autem, si neget ius, uel excipiat. tunc enim in se transfert onus probandi, ut ff. de probat. l. v. & l. si pactum. Et non dico quod reus non possit probare, sed non cogitur. Semper enim probandi onus ad actorem spectat, & non reo incumbit. Aliquando tamen reo mos geritur, ut probet, si uult, cum ea sit negocij natura, ut ipsius possit audiri probatio. ut ff. de probat. certa. & C. de me. libe. Item ex necessitate quandoque ab actore in reum transfertur probationis angustia, ut ff. de prob. l. ij. §. ult. Item transfertur quandoque ab actore in reum probatio, alias propter delictum, alias propter praesumptionis adminiculum, alias propter personae priuilegium, quae omnia collige lector, C. de prob. l. iij. & ff. de prob. cum indebito. Praeterea quod supra dicitur, dicentem debere probare, & non negantem, sic intelligo, si par sit conditio utriusque; id est, si alteri plusquam alteri non credatur, neque plus pro altero praesumatur. Sic ergo est regula breuiter intel-

intelligēda, id est, nisi ex altera parte præsumatur. inquit enim sapiens hanc regulā intelligo, & ex audio, nullo adhuc credito. Igitur commodius sic dicitur, ei incumbit probatio, non reo. Nam reus semper probare debet, & omnino compellit, ut patet ex supradictis: nō actor, cum reus excipit, ut de facto: uel quasi excipit, ut de soluto. si quid aliud pro actore est non probāte, reus sufficiat probare, in quo debet actor, ut dictum est. Actore enim non probante, &c. ut C. de eden. qui accusare. & C. de rei uend. l. ult. Interdū etiam actore non probante reus se defendere, uel suam innocentiam probādo purgare compellitur. ut ff. de ope. no. nunc. si priusquam. & C. ad l. Cornel. de fals. ubi, & de abol. l. ult. Dicitur est actore non probante, id est, neq; pro eo faciente, obtinet reus, id est absoluetur nihil ab eo præstito. Nam si pro eo præsumeretur, quasi probaret, cōdemnandus reus esset, nisi contrarium probaret: quod quidem dupliciter fit, id est, propter præsumptionem & religionem,

nem. Propter præsumptionem aliàs ratione naturæ uel pietatis, aliàs ex factio. Ratione naturæ, puta filius cum agit de inofficioso testamēto, non probat se fuisse, quia pro eo præsumit, sed scriptus hæres hoc debet. Item ratione pietatis, cum pater parit filium, dicēs eum esse in sua potestate, filius debet ergo probare se emancipatum. ut ff. de probat. si filius. Et factio quia præsumit actor, quasi probasset retro possedisse. Item si est talis præsumptio cui lex fiet quasi probationi, actor obtinebit, nisi reus in contrarium probauerit. Licet quidam dicunt, quod actor non directò probat; quibus assentio. Per religionem obtinet actor, si non probet, sed quasi probet: ut si iurat, uel ei sacramentum à reo remittitur. uel si deferat, & reus neq; iuret, neq; referat. Item pro actore, sed pro herede, que præsumptio saltem ex illis non probat, sed quasi probat, puta quia unum testē tantum pars inducit, deferatur ei sacramentum à iudice propter talem præsumptionem, Nam unus testis maximam inducit

cit præsumptionem. ut ff. de dot. præl. Theopōpus, & ff. de iur. iura. si duo. & ff. quemadmodum testa. aperí. l. i. Licet quidam uelint dicere cōtrarium. arg. ff. de quæst. maritus. Sed ibi unus testis tantum non inducit præsumptionem, quia ancilla fuit prius torta, quam testis induceretur, & non erat à tormentis incipiendum. Nam tunc peruenitur ad quæstionem si opus est, cum aliqua præsumptio iudicem instruit. ut ff. de quæst. l. i. Vel aliter ideo ibi contingit, quia testimoniū liberti suscipiendum. Diximus unum testem maximam inducere præsumptionem, sed refert multum an quis cōueniatur propter certum proprium, uel cōueniatur ob alienum, puta hæreditarium. Si propter proprium, unus testis inducitur, ita quod ei defertur sacramentum à iudice, ut dictum est: Si uero propter alienum, secus, quia iniquum est de alieno facto aliquē iurare. ut ff. de re, amo. l. Marcellus. Sed quidam aliter distinguunt. Vtrum unius testimonio iuuet fama publica, uel alio modo, an non: In

h primo

primo casu admittitur unius testimoni-  
 um, & inducit talem præsumptionem,  
 ut sacramentū actori deferatur, nisi cau-  
 sa non probetur. ut ff. de rebus cred. l.  
 quæro. §. penul. & arg. in Decret. dist. l.  
 xxxvi. merita. §. uero. Si nec fama hæc a-  
 lio adminiculo iuuetur, unius testimoni-  
 um nullo modo admittitur, nec præsum-  
 ptionem inducit. Sed hanc ultimam di-  
 stinctionem non multum approbat.  
 Præterea ad id quod dicitur, reus etsi ni-  
 hil præstiterit, obtinebit: oppono, Non  
 ne inopia probationum emergente, pu-  
 ta cum ex parte actoris uel rei inducitur  
 præsumptio uel probatio per iudicem,  
 iureiurando res decidi solet. ut C. de re-  
 bus cred. l. i. & l. in contractib. & arg. C.  
 unde vi. si quando? Respondeo, quod  
 illa lex, qui accusare dicitur, intelligenda  
 est quando res non deducitur in ius iu-  
 randum, sed cum nulla ex parte actoris  
 uel rei inducitur probatio uel præsum-  
 ptio, ut in hac lege cauetur, tamen inspe-  
 cta persona actoris et rei, etiā res de qua  
 agitur, prout iudex prospexerit, deferat  
 iuramen-

iuramentū modò a<sup>ct</sup>ori, modò reo, cau-  
 ſa tamen cognita, ut ibi dicitur. Ergo uel  
 modico pro eo oportet eſſe uel facere, cū  
 à iudice defertur ſacramentum, quo uer-  
 tatur in cauſæ cognitionem, iudex ſtu-  
 dioſus diligenter conſiderabit & ea om-  
 nia fatiſ compilatè inuenire poterit in  
 diſtinctione Alberti, quæ incipit, In con-  
 tractibus, &c. Iſtud nempè ius iurandū,  
 quod in iudicio defertur à iudice a<sup>ct</sup>ori  
 uel reo propter probationis inopiã, nun-  
 cupatur à quibuſdam iudiciale, & illud  
 iudiciale non eſt referendum, nec refer-  
 tur, retractari poteſt. ut ff. de iur. iur. ad-  
 monendi, & non credo, quod ex hoc a-  
 ctio oriãt. Item aliud iuramentū, quod  
 iudicio à parte parti defertur, hoc eſt, iu-  
 dice approbante delatum, dicitur neceſ-  
 ſariū, & regulariter referri poteſt. ut C.  
 eo. l. generaliter. §. omnē. niſi in quibuſ-  
 dam caſibus. ut C. de fide inſtr. l. ult. &  
 ff. re. amo. Marcellus. §. i. & ff. de iur.  
 iur. l. lex. §. hæc, & non retractatur, et ex  
 eo actio atq; exceptio datur. ut C. eo. l. a-  
 ctor. & ff. ſi duo. §. ſi quis. uel in factum,

Alberti di-  
 ſtinctio.

uel utilis ex eo contractu. Ergo nota,  
 quod sacramentum delatum refertur.  
 Itaq; reus cum sibi defertur sacramentū,  
 soluere uel iurare debet, uel referre. ut  
 C. eo. delata. Quoniam manifestæ tur-  
 pitudinis & confessionis est, nolle nec iu-  
 rare, nec sacramentū referre, ut ff. eo. ma-  
 nifestè. Sed per Iustinianum hodie recu-  
 sari permittitur. ut C. eo. generaliter. §. i.  
 Et sciendum est, quod ille qui defert sa-  
 cramentū, non appellat, licet relator ap-  
 pellare possit, ut C. eo. generaliter. §. ij.  
 Sed Ioan. dicebat, quod relator non po-  
 test appellare, quando refert, aliàs uero  
 in omni casu appellabit: cuius opinio  
 magis est approbanda. Sed tamen recu-  
 satur sacramentum relatum, si iudex in-  
 iuste uiderit recusatum, sic causam diri-  
 mat, quasi nolente eo sacramentum sit re-  
 cusatum: quasi dicat, ferat sententiā con-  
 tra eum iudex quasi ex uoluntate sit re-  
 cusatum, & non ex iusta causa. ut C. eo.  
 generaliter. §. i. puta refertur sententiā  
 pro eo qui retulit secundum conditionē  
 sacramenti illati. Hoc tamē non est præ-  
 termit-

mittendum, quod iusiurandum tale  
 debet referri, quale delatū fuerit, nisi per  
 sona uel causa aliquid inducat. Et si de  
 qualitate iuramēti inter partes fuerit du  
 bitatum, per iudicem formabitur. ut ff.  
 eo. iusiurandum. Item illud sciendum  
 est, quod sacramentum delatum uel illa  
 tum antequā præstetur recusari potest.  
 ut C. eo. si quis. §. ult. Postea delatum  
 non debet sic reuocari. ut C. eo. l. penult.  
 §. ult. Hæc sacramenta præstanda sunt  
 ante sententiam, & non postea. ut C. eo.  
 generaliter. §. omne igitur. Illud quoq;  
 sciendum est, quod siue actor siue reus  
 deferat iusiurādum, primo de calumnia  
 iurare debet, antequam ille cui delatum  
 est, subire cogatur. ut C. eo. delata. & ff.  
 iusiur. §. cum quis. & ff. de probat. cum  
 de indebito. §. in omnibus. nisi ratio per  
 sonæ uarietatem inducat, puta in patro  
 no & parente, quibus iusiurandū de ca  
 lumnia remittitur. ut ff. eo. si patronus.  
 & l. iusiur. §. hoc excepto, nisi propter rē  
 uariatur, secus cum sacramentum refer  
 tur, quia non est ferendus actor, si super



conditione quasi ipse detulit, uelit nunc  
 sibi de calumnia iurari. ut ff. eo. iusiuran-  
 dum. & l. admonendi. §. quoniam ius.  
 Collige ergo ex superiorib. quis debeat  
 probare, igitur cui probetur uideamus.  
 Probandum siquidem iudici, & ei fides  
 facienda, & non aduersario. ut C. de te-  
 stib. eos. & fit probatio quandoq; per te-  
 stes, quandoq; per instrumenta, quan-  
 doq; uero & per testes & per instrumē-  
 ta, ut C. de fid. instr. etiam extēdis, & C.  
 de testib. l. i. quandoq; fit per confessio-  
 nes partium, ut C. de cōfess. l. i. & ff. eo.  
 l. i. quandoq; per uiolentas præsumptio-  
 nes, ut C. ad l. lul. de adul. l. quamuis. &  
 authen. si quādo. & l. si quis adulter. Et  
 est notandum quod eandem uim in cau-  
 sis exercendis obtinet tam fides instru-  
 mentorum, quā testium. ut C. eo. l. in  
 exercendis. ergo pariter possunt uiua  
 uox & mortua: sed intelligo instrumen-  
 ta, puta quæ inscriptiones continentur,  
 cum aliās instrumenta dicantur, omnia  
 quæ mentem instruunt. ut ff. de fid. in-  
 stru. l. i. Dicitum est autem instrumen-  
 tum,

*Instrumen-  
 torum pro-  
 batio ex  
 fides.*

tum, quia per id instruimur. Instrumentorum quaedam sunt publica, quaedam priuata. Publica instrumenta dicuntur tribus modis, &c. Reperiuntur uero casus, in quibus uox uiua potior est mortua. ut ff. de haered. Instit. l. i. §. ult. & l. quotiens. & ff. quemad. test. aper. l. i. §. ult. Et hoc idem habetur in testibus ab eadem parte inductis, & in chartis ab eadem praelatis. & sic est magis credendum uiuae uoci, quam mortuae. ut in authen. de fid. instr. §. si uero. coll. vi. Item in multis potior est uox mortua, quam uiua. ut C. de nupt. imperialis. et C. de testib. testium. & C. si mi. se ma. l. si alterius. et C. de non. pec. generaliter. & ff. de prob. census in emphiteos. in donatione ultra quingentos solidos. ut C. de iur. emphit. l. i. in princ. & C. de donat. sancimus. Item in testamento caeci. sic ergo magis est credendum mortuae uoci, quam uiuae. Haec sic sunt intelligenda, ut contrarietas euitetur: ubi dicitur, eandem uim obtinent tam fides instrumentorum, quam testium depositiones, subaudi imò maiorem, ut

in multis casibus reperitur. Item quod dicitur, plus ualet testis quam scriptura, speciale est in testibus. & quod dicitur in athen. de fid. instru. intellige mortuam uocem, comparatione literarum: et uiuam, ipsos testes. & sic, imò magis creditur testibus quam comparationi. Et quia probationis duæ sunt species, testimonium & instrumentum, & quia dignior est probatio per testes quam per instrumenta, ideò prius puta de testibus, quia magis ad causarum usum frequenterque occurrunt, subinceps inseramus. Sciendum est igitur quod testes, qui neque excusantur, neque iure possunt reijci, utique omnes admittantur, nisi expressim prohibeantur. Est enim prohibitorium edictum de testibus. ut ff. de testibus. l. i. Sunt tamen quidam, qui licet excusentur, & non debent cogi, uolentes tamen admittuntur, ut est socer contra generum, & e contra, & quidam alij. ut ff. eo. l. lex. lul. quam legem intelligo habere tam in ciuilibus quam in criminalibus causis, ut ff. de accusat. l. ij. & arg. C. de accus. l. humanitatis.

Sed

Sed plus dico, quod in causis pecuniarijs denunciandum est his personis, quę iam dicte continentur. l. maxime. quia ueritas aliter sciri non potest. arg. ff. eo. l. ob causam. & ff. de mune. & honor. ut gradatim. & l. quoties. Hoc idem intelligo in omnibus qui inuiti cogendi non sunt, ut senex uoletudinarius, & quidam alij. ut ff. eo. inuiti. Sunt et alij qui excusantur & compellendi non sunt, uolentes tamen secundum quosdam admittuntur, ut patroni in causis, in quibus patrocinium præstitere, id est, illos, uel pro illis, quibus patrocinati sunt, testimoniū dicunt, & tamen pro eis, sed non contra eos fortassis, & quidam alij. ut ff. eo. mandatis. Alij dicunt quod neque uolentes admittantur durante officio. ut C. de assesso. l. ult. Sunt tamen qui dicant, quod isti tales non sunt cogendi, sed neque uolentes admittantur, nisi de consensu utriusque partis. ut in authen. eo. §. quæro uero. quod mihi uerius uidetur. Et nota quod liberti non admittuntur aliquo modo contra patronos; ut C. eo. l. aduersus.

h s sed

*Liberti contra patronos non admittuntur.*

sed neq; pro eis. ut C. de quæst. l. pridem. Item infantes repelluntur omnes. ut ff. eo. l. iij. §. penul. Infames, sed non omnes repelluntur. ut ff. eo. l. quæsitū. sic tamen quod non prohibentur testimoniū dicere, si iudex perpenderit eos esse integri fructus. Item periuri repelluntur, & non sunt recipiendi aliquo modo. ut in Decret. cap. vij. quæst. i. quicūq; & cap. xxxij. q. i. quoniam ipso iure sunt infames, & ideo à testimonio incerto repellendi. ut C. de transact. si quis maior. & in Decret. cap. iij. q. v. constituimus. & cap. vi. q. i. infames. & in Lombarda de testibus l. iij. & in Lomb. titulo de periurijs. l. ult. in quibus cauet, qui semel periurus, non potest esse testis. Item sciendum quod excommunicati similiter repelluntur. nam sicut periuri reiiciuntur propter infamiam, ita & excommunicati propter infamiam anathematis, quia & ipsi infames sunt, ut dicit cap. vi. q. iij. c. nullus. Sed hoc intelligendum est in illis qui sunt nominatim excommunicati, uel anathematizati. Illud sciendum est

est etiam, quod in re sua uel causa nullus intelligitur. ut ff. eo. nullus. Nam in re propria submouent omnibus iura facultatem dicendi testimonij. ut C. eo. omnibus. Et intelligo, siue sit res sua in partem, siue in totum. Non enim debet testis adhiberi in aliquo negotio quod contingit, puta principaliter, uel secundario, nisi in testamentis. Nam tunc per consequentiam permittitur legatarius. ut C. de testament. l. qui testamento. et Institut. de testament. Legatarijs multa quidem principaliter non licent, quæ secundario licent, ut in prædictis. Sed hoc tunc uerum credo esse, quando de iuribus testamenti dubitabatur: secus si de legato sit quæstio, quæ intelligitur causa uel res propria? Respondéo, cuius emolumentum uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, uel spectat. ut ff. quando appel. l. i. §. propria causa, &c. Sed hic si potest uenditor inferre testimonium emptori super rem quam uendidit, de qua modo sibi quæstio mouetur, qui ergo est  
quod

*Singuli de  
uniuersita-  
te ferunt te-  
stimonium.*

quod dicitur. ff. fin. reg. l. eos. Nec ob-  
stat quod dicitur, quod singuli de uniuer-  
sitate & collegio, & de ecclesia aliqua  
possunt ferre testimonium pro uniuer-  
sitate & collegio & pro ecclesia. est enim  
ratio, quia causa illa non est singulorum,  
sed uniuersitatis. ut arg. ff. de in ius uoc.  
sed si. §. iij. & ff. quodcunq; uni. l. sicut.  
& l. si. & arg. in Decret. cap. xiiij. q. ij.  
super. et arg. in ex. de testib. cum nuptis.  
Item unus solus testis non debet audiri,  
ut secundum eum iudicetur, ut C. eo. l.  
iur. iur. & in Decret. cap. vi. q. ij. & c. i.  
& ij. & c. placuit. & cap. xxxij. q. ij. c. a-  
mouere. Sed quando unus testis solus  
admittitur, & secundum eum iudicatur?  
Putat quando alius ob hoc non laeditur,  
& maxime in iurisdictione uoluntaria.  
ut in Decret. de sequestra. cap. iij. et cap.  
paruulos. & c. ij. q. v. c. quarto. & i. Et  
dominus declarauit. sed non ita in iuris-  
dictione contentiosa, licet alias pro eo multum  
presumatur quandoq; ut ff. de dot. pre-  
leg. l. Theopompus. & arg. ff. de iur. iur.  
si duo tantum. Cum habetur in legibus  
quod

quod unius testimonio statur. ut ff. de proba. cum probatio. et ff. de testi. ut respōsa. & arg. ff. † de bō. auth. iud. poss. l. ult. & ff. de nox. quotiens. §. prator. Sed huc argumēta rei de qua quæritur, non faciunt. ut ff. de edil. edict. quæro. Item unus solus testis admittit̄, & ei soli creditur, puta cum de aliquo instrumen to dubitabatur, & omnes testes mortui sunt, uel absunt: quo in casu stabitur sa- cramento tabellionis, qui composuit in- strumētum. quia scripturæ ueritas, si res poposcērit, ut dictum est, per ipsum de- bet probari actorem. in authen. coll. vi. de fid. instr. §. si uero modo. & C. ad l. Cornel. de fals. si quis decurio. et ad hoc est arg. quod legitur c. xx. q. ij. clericus. Illud nemp̄ diligenter est attēdendum in testibus, utrū sint locupletes aut egen- tes, & an inimici eius contra quem pro- ducuntur. ut ff. eo. l. iij. Nam int̄mus amicus proferentis, & ualde inimicus e- ius contra quem inducitur, omnino re- pelluntur. & sic intelligo legem illam, & aliam, si quis. Aliquādo testis inimicus si fuerit

† de re mil.  
non omnes.  
§. à barba-  
ris. & C. de  
fid. instru.  
l. ult. et arg.



si fuerit summæ opinionis, non rejicitur, sed admittitur, ut argument. ff. de quæstio. l. prima. Præterea hoc idem intelligo in teste amico. Attamen in teste inimico, interdum est distinguendum: utrum inimicitia sint capitales & graues, aut leues. Nam propter capitales inimicitias rejicitur, ut Institut. de excusat. tutor. §. inimici. Item admittitur legatum propter capitales inimicitias, ut ff. de adim. & transfer. legat. l. iij. §. ult. Item aufertur legatum a legatario, propterea quod uocauit testatorem in ius, mouens ei status controuersiam, ut ff. de his quib. ut indign. l. si inimicitia. Propter leues autem inimicitias, ut ibidem dicitur, non repellitur. Si uero testis odiosus esse dicitur, admittitur & procedit eius testimonium. Et tempore disputationum seruantur huiusmodi quæstiones, ut in auth. eo. §. si uero. Et sic relinquitur cognitioni iudicis, an fides sit postea adhibenda, uel nō, ut ff. de quæst. l. i. §. diuus. Item si obiiciatur testi, quod sit seruus,

isq̄ se liberum esse affirmet, recipitur eius testimonium, sed habita disputatione, si seruus apparuerit, respuatur eius testimonium. ut in authent. ea. §. eo.

Idem per omnia credo, si aliquid obijciatur, & ipse negauerit. uerum si libertum esse se dicat, prius instrumentum libertatis ostendat, quàm testimonium ferat, & antequam iuret, nisi iurauerit se a libi habere: quo facto, recipit. sed si non monstraauerit, eius testimonio non creditur. ut in authent. ead. §. eo. Propter paupertatem repellitur quis, ut in authent. ead. §. i. Sed pauperem intelligo

eum, qui habet in bonis minus quinquaginta aureis. argum. ff. de accus. l. pupilli. Pauperes autem interdum admittuntur, si sunt bonæ fidei & opinionis. Non enim tam facultatibus quàm fide testis idoneus æstimatur. argum. Institut. de susp. tut. §. ultimo. & in authent. §. i. Verum quandoque & locuples repellitur, puta si lucri causa quid facile admittit. ut ff. eod. l. tertia. Item testis ut sit admittendus, carere debet

Pauper  
quis.

suspi

*Idem testis  
in eadē cau-  
sa non ite-  
rum dicit.*

suspicione, & propter personam in qua fertur, quod sit honesta & bonæ famæ; et propter causam, puta quod neq; lucrī uel gratiæ uel inimicitia causa sit. ut ff. eo. l. iij. Præterea notandum, quod neq; is modo admittitur, qui ante in eadē causa in eum scilicet conuentum, siue testis dixit. Nam modo in eadem causa continuata cognitione, neq; super iisdem capitulis, neq; super alijs est modo iterū recipiendus, quoniam functus est officio suo. ut ff. de test. l. produci. Neq; obstat quod dicitur C. de testibus. l. ult. ibi, uolente eo contra quem proferuntur, admittuntur uel adducuntur, qui recusat depositiones iam factas, secus si uolet concedere ut adducentur, & sic depositiones modo factas accipiet, & ita intelliget legem illam produci, &c. licet quidam alio atq; alio modo intelligant. Item sciendum est, quod testimonia domestica repelluntur. ut C. eo. etiam. Sed quæ sunt domestica? Respondeo, forte liberti & mercenarij, qui unā cum domino in domo morantur. ut arg. ff. de pœn. l. respiciendum.

ciendum. Si aliarum personarū fortassis domestica sunt. ut C. de his qui ad eccles. conf. l. ult. & ff. de iuris. om. iu. qui iuris. Item domesticus testis intelligitur, cui imperari potest. ut ff. eod. idoneos. Et hac ratione credo, quod testimoniū uxoris intelligitur domesticum. Domesticum uero testimonium dici potest omnium illarum personarum, quæ ad domesticam necessitatē, in domo cum patrefamil. habitāt, ut in Decret. cap. xxvi. c. cum omnibus. Itē sciri oportet, quod testes qui non excusantur, compellendī sunt testimonium dicere. ut C. eod. si quando. Veruntamen in causis ecclesiasticis nemo ex ordine testimonium ferre cōpellitur, quia Romana ecclesia neminem compellere consuevit ad perhibendum testimonium ueritati, ut in extra. quoniam iussimus. Item non habetur in sacris canonibus quod testes sint cogendī, sunt potius admonendī. Illud etiam non est prætermittendum, quod testes non debent esse artifices, ignobiles, uel ignoti, aut uilissimi, uel nimis ob  
i scuti,

fcurri, & si de eis dubitetur, possit facile sciri de eorum uita atq; conditione. ut in authen. de test. §. i. Et dico quod per alios testes, nō per eosdem, quoniam non iurant de ueritate dicenda artifices, hoc intelligo quod præsunt uilissimis merce monijs plurium rerum uilissimarum.

De huiusmodi autem testib. iure cautū est, sed abrogatum hodie per generalem consuetudinem, qua iudices huiusmodi testes admittunt, nisi fuerint infames. & non repelluntur propter artificiū, uel uilitatem & ignobilitatem aut obscuritatem, nisi sint serui uel mercenarij producentis, sicut dictum est. Item si falsa testimonia, uel si uarie dixerint aliquid, repelluntur. Item qui utiq; testificata prodiderint, cōpetenter puniendi sunt pœnal. Cornel. de fals. nec eis fides in aliquo habebitur. ut ff. de test. l. qui, etc. & l. Cornel. de fals. eos qui illud uerbum prodiderunt. & cum sit, potest intelligi, quia cōsilio fraudis dicunt, id quod multum obsit uni, & profit alteri, & hoc faciunt de cōsensu unius partis, uel quod  
mihi

mihi uidetur, prodiderūt suum testimo-  
 nium, ita quod iuerunt ad unum, & di-  
 xerunt sibi id quod multū proderat, po-  
 stea iuerunt ad alium, & dixerunt simili-  
 ter, & hoc faciebant consilio fraudis, ut  
 testes fierent, quasi sic decipiēdo utrun-  
 que possent, postea alterum quem uolūt  
 prodere. ueruntamen puniūtur, neque  
 est eis fides adhibenda ut domesticis. Itē  
 notandum, quod in duobus casibus de-  
 bent testes rogari ut testes fiant, puta in  
 testamentis, & quando scriptum profer-  
 tur debitum, & solutio affirmatur facta,  
 coram testibus, uel aliquid sibi solutum  
 esse quis corā testibus profiteatur. Tunc  
 enim testes debent rogari, & specialiter  
 ad hoc assumi ut testes fiant, & non de-  
 bent esse minus quinque, ut in authen. de  
 testib. & §. licet. & C. eod. l. testium. Li-  
 cet quidam dicant, quod sufficiant duo.  
 Idem forte dici uel intelligi potest regu-  
 lariter, nisi certus testium numerus non  
 exigatur, & tunc testes non debeant ro-  
 gari & specialiter assumi ad hoc. ut in au-  
 then. de fid. instr. §. si quis igitur. & arg.

116 PILEI IVRECONSULTI  
quemad. testa. ape. l. ij. & arg. ff. de pos.  
l. i. §. ut pecunia. In alijs sanè omnibus  
casibus etiam non rogati testes admit-  
tuntur, ut ff. eod., ad fidem.

DE TESTIVM MULTIPLI-  
ci productione.

**N**Vnc igitur diligenter est inuesti-  
gandum, quando, & quomodo  
quis debeat et possit suos testes produce-  
re. Dantur nempe testium productio-  
nes à iudice. Datur prima testium pro-  
ductio, datur secūda, datur etiam tertia.  
quandoque sic ergo litigator tunc testes  
producere, etiam non obstante si cōclu-  
serit, id est, testium productioni renun-  
ciauerit, poterit adhuc quartam produ-  
ctionem habere, sed ita, si nec per se, nec  
per alium didicit testificata. sacramento  
tamen ab eo prius dato, quod nullo mo-  
do percunctatus sit attestations, & ne-  
que per dolum uel fraudem petat hanc  
quartam productionem. Quod sacra-  
mentum equidem adhuc non uidi fieri.  
Si uero testificata didicerit, uel negabi-  
tur ei

tur ei quarta productio, etiam si diuina iussio hoc præceperit. Si autem semel aut bis testes produxerit, & actiones tractauerit, uel eas didicerit aliquo modo, ulterius non poterit uti aliqua testiũ productione, etiam si imperator præceperit, nisi forte in casu, puta ad confirmationẽ suorum testium, uel ad improbandum testes aduersarij. ut in auth. eod. C. quia uero. Si qui uero putat hoc uerum esse, quoniam prius renunciauit, & post didicit. ut in Nouell. C. de testib. §. quia uero. Alioquin licet testificata didicerit, dummodo non concluderit, non prohibetur uti testium productione. Secundum hoc utiq; uidet, quod litigator possit interesse depositionib. suorũ testium & aduersarij, & eos audire, & non prohibeatur testes ea ratione adhuc producere. ut arg. ff. ad l. Jul. de adult. si postularit. §. quæstionẽ. & C. de fid. instr. l. iudices. & in authen. de testib. Et non prohibentur uti testiũ productione, nisi ut dictum est, quando productor testium aliquo modo testificata didicerit. Et est



notandum, quod quando litigator didicerit testificata suorum testium uel aduersarij, & ex ordine postea prohibeatur, uti aliquorum testium productione, tamen ad suorum testium confirmationem, uel ad improbandas attestations partis aduersæ poterit testes producere. ut in authen. de test. §. quia uero. & §. quoniam uero. Verum omissis nunc omnibus quæ à legum doctoribus in hoc casu scripta reperiuntur, istud obtinet hodie, quod testes iurant sub presentia utriusque partis, & attestations non audiuntur, nisi cum fuerit productionibus renunciatum, & attestations fuerint à iudice publicatæ. Et hæc uera sunt, quando testes in iudicio producuntur, cum non extra iudicium petuntur: id est, antequam iudicium inchoetur, quod fieri potest & conceditur, puta quia timetur ne testes moriantur uel decedant, tunc debent iurare, & testimoniū ferre utraque parte presente, uel alterutra, si altera fuerit requisita, & non ueniente, & attestations audiente, ut in auth. de testi. §. hoc

hoc uero. Et non prohibet litigator, qui testes sic produxit, ut licet eorū testificata didicerit, melius enim est pignori incumbere, quàm in personam agere. In fidei iussorem uti eorundem testiū depositione uel productione, si de eorum scriptura dubitetur uel aliorum. Sed in casu isto consueuerunt litigatores audire attestationses, nisi post earum aperturā publicē factam. In summa notandum est, quod si testes aliunde petantur, iudex debet illis, puta ad iudicem locorū litigantes uel eorum procuratores cum suis literis continentibus, unde et super quibus capitulis testes sint petiti, transmittere, ut coram partibus, uel eorum procuratoribus iurare faciat, dicere ueritatē, pro utraq; parte. Et eorum testimonijs non editis, attestationses in scriptis redigant & signent, & transmittant ad iudicē cogniturum de causa. Et consueuerunt facere iudices iurare huiusmodi procuratorem: quod super toto facto illo nihil faciat, illis cōmittere ad damnū uel læsionem partiū. ut C. de fid. instr. l. iudices.

& in authen. de testi. §. quoniam multe.  
 Sed in causa criminali testium præsen-  
 tia, nõ testimonijs est innitendum. ut in  
 authen. eod. §. quoniam. & ff. eod. l. iij.  
 §. amplius. Item sciendum est, quod in  
 omni iudicio ubi numerus testium ma-  
 ior non exigitur, sufficiunt duo. Videamus  
 igitur quando & qualiter testes iu-  
 rare debent, & ante litem cõtest. & post,  
 nisi in casu, ut dictum est. Item iurare de-  
 bent prorsus se uisisse & audiuisse, &  
 sub eorum præsentia solutum esse, uel  
 gestum esse negocium. ut C. de test. l. te-  
 stium. et in auth. de fid. instr. §. si quis. et  
 §. oportet. & in auth. coll. i. const. i. §. si-  
 quis hinc. Saluo quod dicitur, quoniam  
 in quibusdam testes ex auditu admittun-  
 tur, ut ff. de prob. l. penult. & arg. ff. de  
 aq. plu. arc. in summa. §. idem. Item in  
 decret. xxvi. q. vi. is qui infr. & xxvij. q.  
 v. hoc uidetur. Item in parentele casu. ut  
 in decret. xxxv. q. vi. de parentela illa. &  
 c. de parentela. Item iurare debent di-  
 cere totam quam nouerint ueritatẽ pro  
 utraq; parte, ut arg. in auth. de testi. §. i.  
in fin.

in fin. & arg. C. de eden. l. ij. in fin. in ca  
 fu. ut ff. de iur. iur. si duo. §. i. & §. lul. &  
 arg. C. de transf. ubi. & arg. ff. de petit.  
 hæred. si quis. in fin. Item iurare debent  
 parte utraq; præfente, uel alterutra, dum  
 tamen altera fit requifita, & abfit, uel no  
 lit uenire. ut C. de test. si quando. Debet  
 ergo per iudicẽ altera pars requiri, quan  
 do altera uult fuos inducere testes, ut ue  
 niat, & illos iurare uideat, & audiat, quæ  
 fuerint, uidebit depositions testium, id  
 est, sacramentum testium iuratorum. &  
 tunc protestabit, si uoluerit aliquid con  
 tra eos dicere & obijcere, si tales fuerint,  
 ut repelli debeant. & ut referuãdo de his  
 quæstionem tempore disputationis, &  
 si inuenta fuerit, & uenire cõtempferit,  
 uel si minime inuenta, iudex in actis te  
 stes recipiet, & non audebit illos ultra  
 quindecim dies in iudicio detinere. ut  
 C. de re iur. si quando. & faciet eos iura  
 re, sicut iuris et consuetudinis est. In hũc  
 modum & tempus disputationũ refer  
 uabitur contra omnes huiusmodi quæ  
 stiones. Forma iuramẽti testium. Ego

testis iuro, quod de lite & controuersia, quæ uertit inter talē & talē manifestabo totam ueritatē pro utraq; parte iudici uel notario, quādocūq; per sacramentū requisitus fuero, super quocūq; capitulo illius litis, si interrogabor, si non fuero interrogatus. et si uero aliqd inde totū iudici manifestabo quod oblit uel prosit alicui partiū, & dicā ueritatē pro una parte sicut pro alia, & in dicendo nō miscebo falsitatē studiosē, et quod sciuerō per iussum aut per auditū aut per dicā, et id quod sciuerō, nō dimittā amore uel precibus aut timore alicuius, quod inde ueritatem nō dicā. Pro hoc testimonio reddendo preciū nō accipi, nec cōueni recipere, & si recepi iudici manifestabo. Cōsueuerūt iurare & dicere de ætate, si dubitet, & cōditione suę personæ. Itē, si sūt socij litigātū, uel participes rei de qua agit, de hoc sacramento excipiunt, quod testes possūt accipere sumptus uictuales ab illis, qui eos introducūt ad expeditionē itineris faciēdi, quod quidē a lege permittit. ut C. de test. quare. et C. de appell. eos

eos qui. §. si quis. & ff. de test. l. i. §. Sabi-  
 no. Sed hic quæri potest, an compellen-  
 dus sit quis dicere sub quo capitulo suos  
 testes producat? Respond. non credo.  
 arg. tamen reperitur in contrariū. ut ff.  
 de iur. iur. si duo. §. idem lul. Item cum  
 duos testes uel plures producant, sit co-  
 gēdus dicere, si plures uelit producere?  
 Resp. non uideo: licet quidā respondēt  
 in contrariū. Et est sciendū, quod anteq̄  
 testes iurēt sacramētū, iudicis titulus scri-  
 bit à partib. quo cōtinet qualiter & quo  
 modo, in quib. & de quib. sint testes, uel  
 super partis aduersæ interrogatoria, † &  
 iudici porrigant, qui alteri parti statim il-  
 la ostendit, ut scribat si uult. quoniā sunt  
 edenda omnia, quibus usus quis sit in  
 iudicio, ut suprā dictū est. Sed quandoq̄  
 sibi cauent aduocati, quod talia nō con-  
 ficiūt propter aduersarios calliditate, ne  
 quid cōtra hæc cū suis testib. machineēt,  
 sed uerba solummodo iudici dicūt in au-  
 res. Item cōsuetudo est in quibusdā locis  
 de tali titulo, ut qui tradit, in eo scribat,  
 qualiter testes aduersarij interrogentur,  
 & non

† interro-  
gentur

De interro-  
gatorijs te-  
stium.

*Solertia &  
prudentia  
boni iudi-  
cis in exa-  
minandis te-  
stibus.*

& non qualiter sui. Sed bonus & discre-  
tus iudex in interrogando testes non de-  
bet inspicere ordinē scripturæ tituli, sed  
primum debet interrogare specialiter de  
eo quod testes sciunt, & uolunt dicere  
per se; postea considerat scripturā: & de  
eo quod est in fine, interrogat prius, &  
quandoq; de eo quod est in medio, sicq;  
subtiliter scrutatur omnia, & inquit te-  
stes, quæ testes dicunt si possunt esse ue-  
ra uel uerisimilia, & continuat cum testi-  
bus, & repræhendit eos circa constanti-  
am & inconstantiam dictorum. Item si  
perspexerit eos circa fidē testationis suæ  
uacillare, aut fraude uel falsitate non ca-  
rere, possit eos eijcere, uel ad eruendam  
ueritatem tormentis subiicere. ut ff. eo.  
l. ij. & C. eo. nullum, nisi sint presbyteri.  
Istud quoq; sciendum, quod iudex po-  
test refrenare testium multitudinem. ut  
ff. eo. quod sic est intelligendum, ut si da-  
ti sunt duo uel tres testes super uno capi-  
tulo, si à lege certus numerus non adijci-  
tur, & adhuc quid dicant cum probatur  
totidem introducant. & si uelit pars eo-  
rum

*Testiū mul-  
titudo re-  
frenanda.*

rum iterum ad idem plures testes inducere ad probandum reo, tūc iudex refrenabit productionem eorum. Veruntamen raro uidi testium refrenationem factam, imò quotoscunq; uolunt dare partes, iudices recipiunt, & post hoc cōpellunt partes ad renunciandum, & sic publicant, & legunt utraq; parte præsente testium depositions, & partibus ad explanandum tribuunt per aduocatos uel per alias suos tabelliones. Item concedunt partibus, ut si uiderint expedire, suos inducant testes ad reprobādos testes partis aduersæ: uel si opus fuerit ad confirmationem testium suorum attestationes, ut supra dictum est. Post hæc siquidem instrumenta proferuntur à partibus, si habent, & sibi cognouerint expedire, quæ parti aduersæ sunt edēda, prout superius dictum est, & sic ex eis plenissima probatio, si aliud non impediatur: quibus si fuerit aliquid obiectum, permittitur aliquid contra has suas probationes afferre. Postmodo super omnibus sequitur partium allegatio, aduocatorū subtilissima

*Renūciatio  
de ulteriori  
productione.*

*Instrumenta.*



lissima disputatio, & super huiusmodi respondere contrarium, & cum de his fuerit renunciatum, diffinitiuus calculus à iudice promulgatur. Fortè antequam de sententià diffinitiuà hic aliquid scribatur, utilissimum dicendum occurrit, ut in foro certantibus plenior pateat copìa disputandi, & iudicibus præparetur facultas plenior iudicandi, quibus testibus sit potius fides adhibenda, uel quanta. Vnde sciendum est, quod quandoque producuntur ab una tantum parte, quandoque à diuersis. & ubi ab una uel utraq; parte, quandoque concordant, quandoque discordant. Vbi ab una tantum parte producuntur, si quid concordant, & negocij qualitas & iudicis motus cum his concurrunt, sequenda sunt omnia testimonia. ut ff. de test. ob carmen. §. ult. Si uero sibi contraria dicant, licet in pari numero credendum est, siue torturæ conuenit subiicere, negocij explorandi causa, & quod omni caret suspicione, confirmabit iudex ex motu animi

animi sui quæ rei aptiora & uero proximiora compererit. Non enim ad multitudinem testium inspici debet, sed ad sinceram eorum fidem. ut ff. de test. ob causam. §. ultimo. Imò si attestaciones contrarias dicere uideantur, puniendi sunt à iudice. ut in authen. de testib. §. si uero. Aliud autem legitur in scripturis diuersis ab eadem parte prolatis: tunc enim iura detrahunt fidem alteri, ut C. de fid. instrument. scripturæ.

Quid si fuerint duo testes ab una tantum parte prolati, qui ad inuicem contradicant? Respondeo, neutri stabitur, quoniam quilibet est solus in suo dicto. Item quod si unus uerissimiliora, & magis apta negocio dicat, nunquid eius testimonium ualebit? quantum ad præsumptionem, saltem ut de beatius iurandum deferrit? Respondeo, utique etiam reo. Nam si nihil probasset actor, uel quasi probasset, reus debet absolui, ut superius notatum reperitur, ut C. de edend. l. qui accusare. & C. de rei uendic. l. ultima. Sed quid  
dice.

dicemus in persona actoris: Respond. dicunt quidam quod unus testis non inducat probationem pro actore. ut ff. de quaest. si maritus. Ego tamen in contrarium sentio, adhibita distinctione, quæ in casu superius notatur. Si uero testes ab utraque parte inducantur, & concordantes reperiantur, erit id quod dictum est, quando ab eadem tantum parte inducantur. Si autem contrarii reperiuntur, iudex ex motu animi sui scire poterit, quibus potius sit habenda fides, ita tamen ut potius sit credendum ingenuo quam libertino, seniori quam iuniori, honorato quam inferiori, masculino quam foemine. ut arg. ff. de fid. instr. l. ult. & arg. ff. de stat. hom. l. in multis. Item potius mendico quam mendaci, potius morigerato quam rebeli, potius frugi & uitæ inculpabilis quam luxurioso & prodigo, & potius nobili quam ignobili. Item magis diuiti quam pauperi, item magis alij quam ualde amico uel inimico, ut supra dictum est. & arg. ff. de test. l. iij. & arg. ff. de dolo, l. non debet. & arg. ff. de sol.

solu. mat. l. sicut. §. hoc tēpore. & arg.  
 ff. de nup. l. si studioso. Sed nō intelligo  
 ut his qui suprā nominantur, omnino  
 fides detrahatur, sed quia in dubio ma-  
 gis creditur potioribus. Quid autem si  
 omnes sint eiusdem conditionis testes,  
 & fidei r̄ stabitur pluralitati, & pluri-  
 bus creditur. ut in Authen. de testib.  
 §. licet. & arg. ff. de arb. l. i. §. ult. &  
 penult. & l. diem. §. si plures. et arg. ff. de  
 uent. in sp. l. ij. & ff. quemad. testa. ap. l.  
 sed si maior. Sed quid si per omnia equa-  
 litas inueniatur? Illis potius credendum  
 est, qui ad humaniorem declinant sen-  
 tentiam, ut arg. ff. de pact. l. maiorem. et  
 arg. C. qui bon. ecc. pos. l. ult. Vel qui de-  
 clinant in favorabiliorem partem. Sed  
 qui loquuntur pro libertate, pro dote,  
 pro testamento, pro pupillo, pro uidua,  
 pro orphano, pro fisco, pro Ecclesia, uel  
 pro alia persona favorabili, ut arg. ff. de  
 re iu. l. inter. & ff. de inoffi. test. si pars iu-  
 dicant. & ff. de reg. iur. in ambiguis. &  
 C. quando imperator int. pup. & uid. &  
 arg. C. de sacr. san. eccl. l. antepen. Quid  
 k ergo

*Personae fa-  
 uorabiles.*

ergo si par causa favoris hinc inde concurrat: Itē quid si plures fuerint ex una, grauiores ex altera? Itē qd si pauciores sint pro fauorabili, plures autē cōtra eius dē bonitatis & honestatis? Respondeo, hac improbitatē generāt, & iudicē dubiū reddūt: unde tutius est ei pro eo iudicare, ut ff. de re iu. l. inter. Itē quid si omnes cōtra reū dicere uideātur, sed quidā grauius, quidā minus? Respond. id qd tutius est, erit seruandū. ut arg. ff. de arb. diē. §. si plures. & arg. ff. de re iu. inter. §. fundi. & l. duo. et arg. ff. de leg. ij. Sēpro nius. Illud quoq; nō est prātermittendū, quod de aduersitate testiū sit dicendū, puta qui uidētur dicere etiā aduersa. Quid enim si diuersitas fuit in tempore, uel in loco: puta unus dicit se uidisse uel audiuisse, iā sunt xx anni, ille dicit iam sunt xxx anni. uel unus dicit hic factū esse in tali loco, alius dicit in alio loco, nūquid ppter hoc uidētur cōtrarij: nequaquā, nisi sit tale factū, quod nō decipiat in rationē, ut interfectio. Vel nisi dicerēt se simul uidisse, sicut dicebāt sacerdotes  
qui

*det turpi  
actiui*

qui accusabant Susannā. Nūc uidendū est de testibus superscriptis in instrumēto, quādo dicūt pro instrumēto, uel cōtra instrumētū. Vnde sciendū est, si omnes testes in instrumēto scripti cōtra instrumētū testentur, fides instrumēti cassatur, meo iudicio. Nam cū ex ipsa attestatiōe fides instrumēto debeat, merito his carētibus uiuē uoci, nō mortuæ credendū erit, ut in authē. de fid. instr. §. si uero. & arg. ff. test. aperi. l. i. in fin. Sed quid si alij testes, non hi qui sunt scripti in instrumēto, contradicant instrumēto? Respond. stabitur instrumēto, & in nullo ei derogabitur. ut arg. C. de edil. ed. l. ult. & arg. ff. de prob. census. Item quid si unus testis, qui est scriptus in instrumēto, diceret pro instrumēto, et omnes alij, qui essent, eidē cōtradicerēt? Respōdeo, magis creditur instrumēto q̄ omnib. qui cōtradiciunt. & ad hoc potest induci et adaptari uerbū illud, magis est mortuæ q̄ uiuæ credendū. ut arg. ff. de prob. cēsus. Itē et alia ratione, quoniā semp̄ inuenit̄ in legib. magis fore credē

dū instrumento quàm testib. Idem est si unus uel plures testes in instrumento dicant, ita est sicut in instrumento continetur, nec ita fuit dictū, & hoc potest uideri & colligi in scholarib. omni die iurare maior pars scholarium quod nunquam dixerit, & tamen uerum est quod ea dixit. Item notandum est, quod probatio quæ fit per abiurationem contra publicum instrumentum, non facile est admittenda, sed omnino respuenda, nisi forte, ut dictum est, omnes testes scripti in instrumēto cōtradixerint expressim. Sed huic ualde contradicit l. ff. quemadmod. test. ap. l. i. Respondeo, ibi tabulæ non erant publicæ, sed priuatæ, et ideo nō mirum si suspectæ habeantur. Vel aliter, licet essent publicæ, tamen non suspectæ habentur, quia uidetur solennitas, quæ exigitur in testamento, deesse. Nam si non sunt testes septem rogati in instrumento, inefficax est testamentum. Vel licet tabulæ sint ibi suspectæ, non tamen efficaces: uel forte in illis aliud est, quia quandoque plus ualent

ualent testes quàm scriptura. Sed quid  
 si tabellio concordet cum instrumento,  
 & omnes testes dissentiunt ab instru-  
 mento: Respondeo, quandoque magis  
 esset credendum instrumento, uel plu-  
 res conditiones uariæ & implicite sunt  
 appositæ, tunc quidem magis crederem  
 instrumento, quàm testibus, dicentibus  
 nō est ita. Sed in secundo casu, ut si fortè  
 pecunia uariata coram testibus & testes  
 omnes concordent, & instrumentum et  
 tabellio aliud dicat, non recordor quod  
 fecerim hoc instrumentum, cui propter  
 hoc derogabitur, statur tantum scriptu-  
 ræ: Respondeo, hoc non credo, quoniã  
 tabellio istud diceret per malitiam. Sed  
 quia de his omnibus non potest quiuis  
 dare certam formã seu doctrinam, ideo  
 lex omni inspectori arbitrio iudicantis  
 committit: tu enim scire potes quanta fi-  
 des testibus adhibenda. Item notan-  
 dum est, quod statur publico instru-  
 mento, si prima facie apparuerit, sine  
 uituperatione uisibili, ut C. de edic. di.  
 an. tol. l. ult. Et si prima facie suspectum



apparuit, proferēs debet eifidē facere  
 p̄ testes omni exceptiōe maiores, aliogn  
 tanquā falsarius puniendus erit. ut C. de  
 prob. iubemus. Super eo quod dictū est  
 in superiori parte circa principiū, quod  
 unus testis probationē inducit, ex quo  
 sacramentū defertur à iudice: sed tunc  
 quādo super cōtractu primo fuerit facta  
 cōuentio, occurrit in causis frequēter sa  
 tis utilissima quēstio, utiq; nec pretermi  
 tēda, Vt ecce actor ad probādum quod  
 intendit inducere pro se unū testē, nulla  
 alia p̄sumptiōe uel iudicio faciēte eius  
 opinionis et honestatis, est actor et reus,  
 actor quā intēdit affirmat, sed reus infi  
 citur: Quæritur cui magis sit sacramen  
 tū deferendū, actori uel reo: Et uidetur  
 quod in hoc casu non plus debeat credi  
 actori, quā reo, uel ecōtra: Respōdeo,  
 distinguendū, utrum cōueniatur ex fa  
 cto alieno, id est ex hereditario, uel alio:  
 an conueniatur ex proprio, id est ab eo  
 cōtracto. In primo casu dubitare debet,  
 & ideo tū sacramentū actori, q̄ nō dubi  
 tat, melius debet deferri. Sed in secundo  
 casu

casu præsumitur & creditur, reū scire negotiū sicut actorē, & sic nō magis est credendū unī quā̄m alterī. Et ideo in hoc casu est neutri sacramentū deferendū. De actore, quo nō probante obtinebit reus, sed adeo in hoc casu dico, si summa, uel res petita fuerit modica, cōfidenter poterit iudex sacramentū deferre, ut arg. ff. de legit. tut. sed legitimos. Porro testiū depositionibus lectis et publicatis, & instrumentis hinc inde prolatiis & editis, insurgunt uicissim causarū patroni, qui gloriose uocis cōfisi munimine lapsa erigunt, fatigata reparāt, et causarū dirigūt ambigua fata. Vnde sciendū, quod pars actoris in primis debet iudiciū fidē facere, et ostēdere qualiter actio proposita sibi cōpetat, et in sua causa sibi locū uendicet. Itē si testib. uel instrumentis, uel alijs legitimis modis, uel saltē per aduersarij cōfessionem, suā pbauit intentionē, seu fundauit, & suorum debet testium consonantiam facere, & eorum dicta confirmare, & partis aduersæ testificata infringere, sicut melius potest legibus & argu-

mentis. Item respondere poterit subtilius, quam obiectis & oppositis ex parte aduersa. Reus autē sic debet allegare, ut in primis ostēdat se petere quod actio proposita locum non habeat: & si competat, debet demonstrare protestata exceptione, ex qua debet actio elidi agentis, & sic per singularia dicitur qualiter reus sit absolvendus, uel non condemnandus. & quæ actor potest, debet ostendere, si rei exceptionem potest elidere per suam replicationem, & sic per singula dicitur: & allegare, qualiter contra eum debeat iudex sententiam ferre. Quibus hinc inde sic operatis, & renuntiatur allegationibus, & post fertur sententia, nisi interueniat arbitrabilis, uel amicabilis compositio. Sed quid si non fuerit allegationibus renuntiatum, & iudex sententiam ferat, an ualet hæc? Respondeo quod sic. Ut autem uberius allegationi copia, & iudiciorum præparetur informatus<sup>t</sup> postea lector studiosus diligenter referatur. Ibi autem pro utraque parte materiam

*Arbitrabilis compositio.*

*taliās posita*

teriam allegandi sibi quærere poterit utilem & copiosam.

DE SENTENTIA DEFINITIVA.

**Q**uoniam omnium controuersiarum finis est sententia definitiua, de qua superius fecimus mentionem, ut ff. de arbit. l. qualem. & ff. de re iu. l. i. Et uocatur hæc sententia plenissima definitione, ut ff. de re iu. l. penult. §. i. Ideo nunc de ea quædam breuiter supponamus. Vnde uidendum quo modo, & quando, & ubi debeat ferri sententia. Sanè definitiua sententiæ debet ferri partibus præsentibus. si de causa iudici liqueat, & tunc etiã prima die iudici ferri poterit. sed & una parte absente, id est, tunc certum habetur conditio, & quandoque pro præsentibus contra absentem, et quandoque pro absente per contumaciam contra præsentem. Nam absentis contumacia Deirepletur præsentibus. C. de iud. l. properandum. §. si autem reus. Sed hæc uera sunt in ciuilibus causis, secus uero in criminalibus. Vnde debet ita senten-

*† aliis contractus habita conditione*

tia ferri, si absens fuerit citatus tribus edictis, ut peremptorie pro omnibus. ut ff. de iud. tertium. & l. nunquam pariter, ut quinque dierum in unaquaque citatione. & hoc obtinet hodie in dicto modo, & tam in reo quam in actore, licet in auth. dicatur tantum de actore. ut ff. de fer. l. ult. & haec citatio hodie etiam delegatis iudicibus permittitur. ut in auth. de litig. §. demum uero. coll. viiiij. Sed nunquid in peremptorio quod appellatur unde, pro omnibus dabuntur omnes induciae trium edictorum? Respond. credo quod dari non debeant. Item quaeritur, an iudex possit has inducias coarctare? Respon. utique pro arbitrio. ut arg. ff. de iud. nonnunquam ff. de re iud. l. ij. Item sententia debet ferri diebus licitis, & non feriatis. ut ff. de ferijs. l. ij. Sed etiam die feriato fieri potest de consensu partium. ut eo. l. i. Item ferenda est honesto et statuto loco. ut C. de sen. interl. Item absolutionem uel condemnationem continere debet. ut C. eod. l. praeses. & ff. de re iud. l. ult. quod pro eo habeatur. ut ff. de arbit. l. quod

quod tamen. §. si arbiter. & ff. de iud. in  
 summa. & l. ait prator. Item non est  
 ferenda sub conditione, lata tamen te-  
 net. ut ff. quando appellat. l. prima.  
 §. bíduum. Item nec contra solitum or-  
 dinem iudiciorū. ut C. de sen. & interlo.  
 in prolatam. Nam in qualibet sententia  
 seruandus est ordo solitus iudiciorum  
 & legum. ut C. de his qui ad eccles. cōf.  
 l. presentī. Ordo autem solitus est, ut iu-  
 dex prius cognoscat de causa, & postea  
 pronunciet. Item ut prius reus citetur,  
 quam contumaciter condemnetur. Item  
 ut comprahendantur in sententia alle-  
 gationes hinc inde, quoniam merita cau-  
 sarum, partium assertionē pandūtur. ut  
 C. si per uim uel alio modo. l. ult. Et hoc  
 cōfirmat sapiētissimus Salomon in pro-  
 ferēdo iudiciū. hec mulier dicit, filius su-  
 us mortuus est, meus autē uiuit: & illa cō-  
 trā, tu mentiris, imò filius meus uiuit, &  
 tuus mortuus est. Itē attendere debet iu-  
 dex, quod omnia præcedant, quæ præce-  
 dere debent. Ferenda est nancq; senten-  
 tia à suo iudice, alioqui non tenet. ut C.  
 f. à non

Ordo so-  
litus.

s. à non comp. iud. l. ult. & in Decret.  
 viij. q. ij. c. i. & C. de pæda. in l. i. Item  
 non debet ferri à iudice infami. ut ff. de  
 off. ass. l. ij. Licet sit secus in arbitro. ut  
 Institut. de except. §. ult. & ff. de arbit. l.  
 Pedius. nisi forte cum sententiam dixe-  
 rit, gerat se pro libero sine dolo malo. ut  
 ff. de off. præ. Barbarius. & C. de sent.  
 & interl. iud. l. ij. In summa notandum  
 est, quod ex ordine omnis sententia de-  
 bet ferri in scriptis, alioquin non tenet.  
 ut C. de sent. ex breui. re. l. ult. Saluo ta-  
 men eo quod dicitur de breuioribus litib.  
 ut in authen. de mand. prin. Breues li-  
 tes intelligo usq; ad quinquaginta soli-  
 dos. ut C. de defens. ciuit. l. i. uel usq; ad  
 duos aureos. ut ff. de dolo. si oleũ. in fin.  
 uel usq; ad quinque. ut ff. de bon. cam. l.  
 diuus. Item quod dicitur in Episcopo  
 inter laicum actorem & clericum. ut in  
 authen. ut clerici apud pro. coll. vij. Item  
 quod dicitur de furto iudicis, qui ante  
 quinquaginta dies defugiens captus re-  
 ducatur. ut in authent. ut iud. sine quo.  
 suffr. §. necessitatem. In his tribus cali-  
 bus

Breues lites  
 que?

bus potest ferre iudex sententiã sine scriptis. Sed credo quod iudex melius & cautius fecerit, si quamlibet causam in scriptis tulerit, ne forte in causa appellationis possit inde dubitationis quæstio uel alia oriri. Amplius sciendum est, quod iudex debet per se ferre sententiã, legere & recitare, & non debet hoc alteri committere, ut C. de sent. ex breui. rec. l. ij. alioqui non tenet. ut C. eo. l. ij. nisi sit iudex quoquo modo. ut C. eo. l. ij. cui conceditur per alium, puta per quemlibet qui literas nouit, & legere sciat, & suam sententiã recitare, ut in eadem lege habetur, ut certam ferat sententiã. ut Instit. de act. §. curare. quoniam fuit incertum petitum. Nam sententiã lata sine certa quantitate non tenet. puta si iudex dicat, Solue quod accepisti: et incertum erat quid accepisset. ut C. de sentẽ. quæ sin. cert. quant. l. ult. Item notandũ est, quod omnis iudex à primordio litis usq; ad diffinitiuã sententiã finem debet semper habere sacras scripturas coram se positas, ut saltẽ in ipsa prolatione Dei præsentis

*Sententiã in scriptis ferenda.*



præsentis motu maturiori cōsilio & prudentia litem dirimat, sciturus quod non magis iudicat quàm iudicabit. ut C. de iud. rem nō nouam. Sed quid si hæc solennitas defuerit, an sententia lata ualebit? Et credo quod non, ut C. de iureiur. prop. calum. l. ij. & l. cum & iudices. Et est sciēdum, quod ista talis dispositio sacrarum scripturarum habetur loco iuramenti, et dicitur iudiciale iusiurandum, & ita obseruandum ab omnibus iudicibus ac si corporaliter ad sacra Euangelia † iurarēt. Hic mouetur quæstio de iudice, qui tactis Euāgelijs iurauit cognoscere & definire secundū ius, et tunc sententiam Dei tulit, non hominis: uel antepositis coram se sacris scripturis, an ualebit eius sententia? Respondeo, credo quod sic, quoniam sufficit iuramentum quod corporaliter præstitit: maxime quia dicitur, quod depositio talis ita est obseruanda, ac si Euangelium corporaliter tangeretur. Ergo si tactis Euangelijs iuraueris secundum ius definire, sufficiat.

† Alias, iuratur.

## DE APPELLATIONIBVS.

**L**ata sententia potest appellari statim, uel in decem diebus. Si res postulat iudicata, statim potest appellari, ut C. de appell. litigatoribus. Ilico intelligo in eodem die, et coram actore, ut ff. eo. cum sententia. Vel quod melius est, ipso actu iudicij, puta iudice adhuc sedente ibi. arg. ff. de me. re. diuus. Quod cum non fecerit litigator, debet hodie in decem diebus libellum appellationis concipere, & iudici dare. Quod tempus decem dierum continuari debet à die late sententiæ. ut in authen. de appellat. coll. iij. Sed intellige, quando iudicatum est contra presentem. si uero contra absentem, & non per contumaciam, tunc quidem computatur spacium decem dierum à scientia post sententiam, id est, postquam sciuit absens sententiam contra se latam. ut arg. ff. pro socio. sed & socius. §. primo. & arg. C. qui admit. ad honorum possessionem. po. l. secunda, & arg. in Institut. de excusat. tutor. & eod.

*De tempore appellationis.*

*in quibus  
causis ap-  
pellari pos-  
sit.*

& eod. §. qui excus. Item in omnib. causis tam maioribus quam minoribus potest appellari, non tamen in iudicio possessorio. Et non debet iudex hoc ad iniuriam sibi aestimare. ut ff. eod. l. in maioribus. & C. de mo. poss. l. i. Et est sciendum, quod qui appellavit potest petere apostolos, & libellum appellatorium recuperare. ut C. de appel. si quis. Idem intelligo, & si appellaverit viva voce tantum. Libellus autem appellationis sic commodè concipitur: Ego Martinus sentiens me gravatum à sententiā, quam vos domine iudex Scote tulistis inter me et Lucium, ad Senenses consules uel Senenses potestates appello, & apostolos instanter peto. dat. idus Maij. Quæ appellatio iudici, qui sententiā tulit, est porrigenda, & tenetur eam recipere: & punitur in triginta auri pondo, si non receperit. ut C. eod. l. à procōsul. & quoniam. & l. iudicib. Nam post appellationem interpositam, debet statim ille qui appellat, apostolos instanter, & sapius petere. ut ff. de libel. diuis. l. i. Licet iudex

*Formula  
schedule  
seu libelli  
appellatio-  
nis.*

*Pœna iudi-  
cis non re-  
cipiētis ap-  
pellationē.*

*Apostolorū  
petitio.*

dex etiã non pendente appellatiõne  
debeat illos sine aliqua dilatiõne dare, ut  
C. de appell. l. eos. §. ult. Sed fortè tem-  
pus, id est, quo dare debeant, statutũ est  
à legibus, puta triginta dierũ, ut C. eod.  
iudicib. sed cautius ubi in libello appel-  
latorio apostolorum petitiõ fit, ut dictũ  
est. Sed quid si apostolos petierit, & iu-  
dex non dederit? Respondeo, non no-  
cebit ei, si per iudicem steterit, dum tamẽ  
instanter & sepius petantur apostoli. ut  
in eod. l. i. Apostoli autem dicuntur, et  
appellantur literẽ dimissoria, & mittun-  
tur ad eum qui de appellatiõne cognitu-  
rus est. ut ff. de libell. dimis. l. i. Quæ lite-  
ræ in hunc modum recte concipiuntur.  
Scotus iudex suo dilecto amico Mogun-  
tino iudici salutem: Nouerit uestra pru-  
dentiã, Lucium à sententiã, quam tuli in-  
ter eum & Ioannem, ad uos appellasse,  
qui propterea eum ab obseruatione iu-  
dicij absoluens, ad uos eundem cum his  
literis dimissorijs seu appellatiõnis re-  
mitto. Item notandum est, quod appel-  
lanti debet iudex declarare omnia acta  
I & gesta,

*Tempus dã  
di aposto-  
los.*

*Apostoli un-  
de dicti.*

*Formula a-  
postolorum  
seu literariũ  
dimissoria-  
rum.*

*A iudice  
sunt acta de  
clarãda ap-  
pellanti.*

& gesta, & cum refutatorijs parti-  
 um & opinionis exemplum, id est, sen-  
 tentiam, & suas literas, quæ apostoli di-  
 cuntur. ut C. de appell. l. à proconsuli. et  
 l. iudicib. Refutatorias literas partium  
 intelligo has, puta quod litigatores de-  
 bēt subscribere, quod in actione nec su-  
 perflua, & nihil contrarie dictum uel mi-  
 nus, imò ueritatem omnino ibi plenarie  
 contineant, quæ apud istum iudicē sunt  
 acta uel gesta. Expositum est supra  
 qualiter sit procedēdū ab utroq; quam  
 actione tam reo presentē, et causam agen-  
 te: nunc autem uideamus quid iuris sit,  
 si reus abfuerit, & nolit uenire. Vnde  
 sciēdum est, quod cum reus abest actione  
 in rem intentus de re mobili, uel im-  
 mobili, quam suo nomine possidet, de-  
 bet legitime citari, sicut in superiori no-  
 tatum reperitur, quod si tunc fuerit legi-  
 time citatus, et noluerit uenire, aut est lis  
 contestata, aut quasi, aut nullo modo. Si  
 est lis cōtestata uere, aut iudici liquet de  
 causa, aut non. Si liquet ei de causa, tunc  
 poterit diffinitiuam sententiam ferre, &  
 pro

Refutato-  
 rie.

Actio in rē.

pro absente. Si uiderit eum meliorē cau-  
sam habere, cuius absentia repleat Dei  
presentia, uel contra quem si apparuerit  
obnoxius, & eam executioni mandare,  
& reus sic absens per contumaciam con-  
demnatus nequaquam poterit appella-  
re. ut C. de iud. l. properandum. §. si n̄ au-  
tem reus. Si autem non liqueat ei de cau-  
sa, tunc mittendus actor in possessionem  
rei petite. Reus uero rediens intra an-  
num nequaquam poterit recuperare pos-  
sessionem, sed salua erit ei de proprietate  
quaestio. ut C. quomodo & quando  
iud. l. cōsentaneū. Et in casu poterit iu-  
dex praesentis allegationes audire, & cū  
omni subtilitate diffinire, & sententiare  
pro praesente cōtra absentē: uel etiā pro  
absente, si cognouerit eū meliorē cau-  
sam habere. ut C. de iud. properā. §. si n̄  
aut reus. et C. quomodo & quando iud.  
cōsentaneū. Itē si lis est quasi cōtestata,  
ut per colonū, per seruū, per procurato-  
rem in scio domino. C. ubi in rē act. ex.  
l. ij. Et mittit actor in possessionē, reser-  
uata reo de proprietate tamē quaestione:

quod locum habet in eo qui convenitur nomine rei immobilis, quam à Lucio nomine possidet. Quo in casu tantū ante litem cont. dominum in iudicio nominare, et tempus à iudicio definitum ei dabitur, quod domino absenti uel præsenti possit denunciare. & si nunciauerit, & non uenerit, mittitur actor in possessionem, ut dictum est. Idem est si conueniatur nomine rei mobilis, quam alieno nomine possidet. Sed quosdam re tamen prius deposita, uel idonea cautione, præstita præsenti, si persona sit suspecta, quæ dominum nominat. ut ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. ult. & ff. de off. præ. Senatus. Et hæc uera sunt in his qui colonario nomine possident, ut colonus, inquilinus: & in his qui nullum ius iure habent, ut commodatarius: & ubi precario concessa est res, ut emphiteuta, & superficiarius, qui habent ius iure nominando dominum, in iudicio non se liberant, imò defendere coguntur respectu iuris quod habent. Ut enim utiliter agunt, ita & se defendere debent. ut ff. de rei

rei uend. in speciali. §. superficiario. Sin autem lis nullo modo est contestata, mit- tendus est actor in possessionē, reus ue- ro infra annum ueniens, & cautionem de lite exercenda exponens, recuperat possessionē, restitutis postea actori om- nib. expensis, quas ibi fecit. ut in auth. de exhib. & intro. reis. Sed post annum non admittitur ad possessionem, sed tan- tum ad quæstionem proprietatis. ut C. de præscrip. trigint. an. l. si quis. Sed ul- timo articulo queritur, an missus in pos- sessionem possideat? Respon. Dicunt quidam quod intra annum nō possidet, sed anno elapso possessor est ex secūdo decreto, et poterit præscribere & usuca- pere: uel quod melius, statim possidet & ciuilitè & naturaliter, licet eam reo in- tra annum uenienti ad iudiciū restituat. Cum autem quis debitor uel aliqua re actione personali conuenitur, et absens fuerit, & legitimæ citatus nolit uenire, si est lis contestata, & liquet iudici de cau- sa, poterit iudex diffinitiuam ferre sen- tentiam, ut C. de iud. properandum. &

*Recupera-  
tio quomo-  
do fiat.*



eam executioni mandabit per res mobiles pignori capiendas rei absentis condēnati uel confessi, aut per res immobiles pignori capiendas ultimo loco per nomina et iura, si mobiles & immobiles deficiūt, ut C. de iud. properādū. §. sin autem reus. & ff. de re iud. à diuo. §. uenditione. & hæc distrahi possunt statim intra tempus statuendum à iudice, quod erit duorum mensium, uel breuius si iudici uidebitur, pro qualitate personæ & modo debiti, ut. ff. de re iud. à diuo. §. uenditione. & l. debitorib. Si uero nō liquet iudici de causa, mittēdus est actor in possessionē omnium bonorū absentis, pro mēsurā declarati debiti. ut C. de his qui ad eccl. conf. l. ult. & in auth. de exhib. et intro. re. §. si uero. Vel ut quidā dicunt, actore postulante negotio eius ex parte subtiliter examinato, cōdemnandus est reus, qui omnino apparet obnoxius. ut C. de iud. properandum. §. sin autem reus. & in authen. ut omnes obediant iudicibus. §. siquidem. & C. quomodo & quando iur. consentaneum. Alij autem  
 affe.

afferunt, quod negotio summam examinato, & actori iure iurando delato, per rei contumaciam, sicut alias per rei uiolentiam, maxime si actoris persona sit honesta, & summa petita modica, alias non. ut C. quor. app. non rec. l. i. & ff. unde uel. l. si quando. & argum. ff. de re mil. non omnes. §. ab arbitris. & arg. ff. de legit. tut. legitimis. arg. in authen. de coll. §. supra. & §. si quis autem. Et in hoc casu licet presentem per contumaciam condemnato, appellatio non denegatur. ut ff. de appell. l. ultima. Item si nullo modo fuerit lis contestata, & fuerit legitime citatus nolit uenire, negotio summam examinato. ut C. quor. app. non rec. l. i. puta sacramento actoris, ut in auth. de coll. §. super hoc sancimus. mittetur actor in possessionem rerum absentis mobiliu, et se mouentiu, uel in possessionem rei petita. ut C. de his qui ad eccl. conf. l. ult. & C. de bon. auet. iud. poss. sum. Et si hec non habuerit, uel non comperet, mittet in possess. rerum immobiliu, pro mensura declarati & probati, ut di-

ctum est, puta sacramēto actoris, uel for-  
 tē confessionis instrumenti, quum pri-  
 ma facie sine uituperatione apparet. ut  
 C. de edict. di. an. coll. l. iij. Nam suum  
 debitum certificare debet. ut C. de bon.  
 auct. iud. poss. cum apud. His uidelicet  
 mobilibus & immobilibus deficientibus.  
 ut dictū est, erit ultimo loco porrigenda  
 manus aduocationi. ut ff. de re iud. l. à di-  
 uo. §. in uenditione. Sic quoq; & C. de  
 præ. pi. l. i. Et ita demum capientur no-  
 mina, si nihil aliud sit quod capi possit,  
 & si debitum confiteatur, non si negaue-  
 rit: & poterit iudex debitū exigere si uo-  
 luerit, & actori soluere. Et hoc intellige,  
 reo condemnato uel confesso, et hoc mo-  
 do exequat, uel alio modo, sicut ei faci-  
 lius uidebitur. ut ff. de re iud. à diuo.  
 Sed hodie ex generali & longissima cō-  
 suetudine in hoc casu nō obseruata iam  
 dictorū solennitate, ex quo reus fuerit le-  
 gitime citatus, & contumax extiterit, sta-  
 tim iudex mittet actorem in possessionē  
 rerum absentis mobilium uel immobili-  
 um pro mensura petiti debiti cōseruan-  
 dærie

dæ rei, & pro expēlis ibi similiter factis, uel in possessione hominis, uel alterius iuris, ut dictum est. Sciendum quod in possessionē iuris quasi possessi, quoniā incorporalium non est uera possessio, si cut nec uera traditio, agere poterit si uoluerit contra debitorem conditione ex lege. ff. de præto. pi. l. i. & ij. & non hypothecario iudicio, ut quidam uoluerunt, quoniam hæc ostenduntur ex contractu. Reus autem ueniens, & quādoq; etiam usq; ad triginta annos possessionem recuperare poterit, restitutis tamen prius omnibus expensis actori, & omni damno, quod monstrabit se rei uitio sustinuisse, & præstito idoneo fideiussore de lite prosequenda. aliter enim non audietur. ut C. de his qui ad eccl. confug. præsentī. & in Authen. de exh. & int. re. §. quia uero. Nisi res sint usucapte, uel præscriptæ. Vel distingue, aut actor iustus sit possidere ex secundo decreto, ut ff. de dam. inf. si finita. §. si quis. & §. illud quæritur. in fin. & arg. ff. de priuil. cred. si pupillus. & ff. de bon. au.

iud. poss. l. iij. §. ult. Sed quid si persona rei fuerit suspecta, an restitueretur ei res sine satisfactione iudicatum solui? Respondeo, non credo, si est species quae petitur, sed deponi debeat apud iudicem, uel alium sequestrum, prout iudici placuerit, donec uel satisfecerit, uel lis finem accipiat. ut ff. qui satisfac. cog. si fideiusor. Et hoc idem intelligo, si quantitas fuerit petita, et pro ea aliquod mobile causa seruandae rei a iudice sit datum. Illud non est praetermittendum, quod in casu iam dicto, cum lis nullo modo est contestata, dicitur a quibusdam distinguentibus, utrum debitum sit liquidum, an non. Si est liquidum, poterit iudex ferre sententiam forte diffinitiuam, quamuis reus non sit litem contestatus. & hoc dicunt argumento illius authen. ut omnes obed. iud. §. si liquidem. et arg. in authen. de litig. coll. viij. Si uero non fuerit liquidum, mittetur actor in possessionem mobilium, iuxta mensuram declarati debiti. ut C. de his qui ad eccles. confug. l. presentem, et in authen. de exhi. & intro. Haec autem

tem

tem distinctio mihi non placet, nec est  
 approbanda. Item consuevit hoc quæ-  
 ri, an missus in possessionem causa ser-  
 uandæ rei per contumaciã absentis, li-  
 te non contestata, nec debito † liqui-  
 do, possit impetrare possessionem ex se-  
 cundo decreto. Item an si reus mul-  
 to tempore extiterit in sua contumacia,  
 & nolit uenire, et iudicium suscipere, de-  
 beat iudex iubere rem distrahi & ex pre-  
 cio actori satisfieri? Respondeo, non  
 credo, sed lucrabitur fructus rei per con-  
 tumaciã fugientis, ut argum. ff. qui.  
 ex in. poss. ea. fulcinus. §. ult. Sed quid  
 si res sit talis, ex qua fructus non per-  
 uenit? item quid si usu consumitur? uel  
 non utendo perit, & seruando seruari  
 non possit? Dictum est quid iuris sit,  
 si abest reus uel ante litis contestatio-  
 nem, uel post litis contestationem. nunc  
 uideamus de actore. Et siquidem actor  
 ante litis contestationem abest, ut reus  
 multiplici dilatione fatigetur, & uen-  
 tum sit iam prope finem triennij, puta  
 hodie prope finem triennij, quo iudices  
 tenen-

*Alias liqui-  
 dato*

Triennio fi  
niantur cau  
se.

tenentur causas dirimere, secundum uarias consuetudines ciuitatum & locorum reo postulante debet hodie absentem citare tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio per interualla triginta dierum, ut inuenitur expositum, & finietur causa intra annum & tres menses, uel intra tempus pro locorum consuetudine. Quo sic uocato, et non ueniente, audiat iudex allegationes rei presentis, & inquisita ueritate legitime poterit ferre sententiam, scilicet diffinitiuam, si ei liqueat de causa, alioquin legitime latam interlocutoriam sub expensis restituendis, et absolutione obseruationis iudicij & cautionum, quae secundum leges fiunt, ut C. de iud. properandum. Et haec locum habent, si lis non sit contestata. Et collige quod iudex potest ferre sententiam indiffinitiuam, si lis non sit contestata: & hoc propter contumaciam absentis, quia contumacia pro praesentia habetur, ut arg. in authen. ut omnes obed. & arg. C. ubi in rem act. l. i. & arg. ubi quis de curia. l. ult. Sed quidam asserunt  
in

in contrarium, assignantes in his legis specialitatem: quib. magis assentio. sed actor intra annum ueniens non audietur, nisi prius impensas lris, quæ reus fecit, restituat. Et sic post hec omnia sic per acta & obseruata. Item si in hæremoditium commiserit, ipso iure perdit actionem, & cadit ab ea, ut in authen. de litig. §. omnē uero. coll. viiij.

ORDINIS CAVSARVM CRIMINALIUM PILEI IURECONSULTI  
Finis.



## AD CANDIDVM LECTOREM.

**V**isum est, candide Lector, hic subijcere  
 Othonis Summam de ordine iudiciario,  
 partim quidem ob argumēti similitudinem, par-  
 tim uero, ac præcipuè, quia hic liber iam antea  
 multis in locis deprauatissime excusus, nuncq; à  
 D. Iustino diligenter reuisus atq; correctus est.  
 Quocirca & in gratiam iudiciorum ac studioso-  
 rum denuò quàm emendatissimè euulgatur. Fe-  
 rè enim supra centum septuaginta quoq; loci re-  
 stituti sunt, quemadmodum ipse in conferendo  
 cum priori exemplari comperies. Quod te  
 candide lector latère nolimus. Vte  
 re, fruere, ac Vale.

## LIBER AD LECTOREM.

*Si quem forte iuuat dubij cognoscere sortem  
 Iudicij, & quo sit causa tuenda modo.  
 Me legat, ac uero dictam cognomine Summam  
 Præferet immodicis ille uoluminibus.*

REVERENDISSIMO  
 ET AMPLISSIMO PRIN-  
 cipí ac Domino, D. Ioanni à Metz-  
 hausen, Archiepíscopo Treuirensi,  
 Principi Electori, &c. Iusti-  
 nus Gobler S. D.

**C**V M amici quidam & excellentes in iuris-  
 prudentia uiri (Præsul amplíssime) extare a-  
 pud me hunc Commentarium seu Summam Othonis  
 de ordine iudiciario uiderent, existimarent que eam  
 cum propter singularem breuitatem, tum propter  
 simplicem quotidianarum litium tractationem, om-  
 nibus qui in foro uolitant, inq; iure (ut Cicero  
 inquit) haberent, usui futuram, impense horta-  
 bantur me, uti eam publicare curarem. Ego uero  
 tametsi aliquandiu, præsertim duas ob causas, essent  
 reluctatus: primum quod uiderem exemplar non un-  
 diquaque sibi constare, nec præter hoc unum in de-  
 scribendo, quod sequi liceret, habere me posse: de-  
 inde delicatum huius seculi palatum non ignorarem:  
 tamen morem non iniqua petentibus gerere uisum  
 est, ipsam que Summam sub tuo Amplíssimo nomi-  
 ne euulgare. Arbitratus ita me rem, si non omnibus,  
 at quibusdam tamen iuris ac fori studiosis non ingratus  
 factus.

facturum esse, tibi uero etiam iucundam, ut qui simplicem ac rectā iuris reddendi rationē ac ordinē qualem ferē hic libellus præ se ferre uidetur, semper & amaue ris plurimū, & tuis etiam tribunalibus nuper præscriptis, rarasq; lites, nec infinitas esse mādaueris. Quā sanē uirtutem ego in principe non arbitror esse postremam. Quemadmodum enim omnino interest Reipub. ut sint iudicia, quiq; ius dicant atq; exerceant: ita nō parum refert, simpliciter illud an confuse, facile seu breuiter, an longos diffusum per annos reddant et exequantur. Enimuero Suetonius auctor est, Iulium Cæsarem ius laboriosissimē ac seuerissimē dixisse, præterea ad certum modum redigere illud, atq; ex immensa diffusaq; legum copia, optima quæq; & necessaria in paucissimos conferre libros destinasse. Quod quis arbitretur non hac etiam ætate necessarium, maxime in cōtrouersijs forensibus explicandis? Neq; enim desunt hodie qui querantur in iudicijs neq; de factō sæpe, neq; de iure & æquitate adeò certari, sed de forma atque ordine iudicij, de processu non plano aut simplici, unde et litium series ubiq; maiorem in modū excrescāt, & tanto se tempore nonnunquam protrahant ut illis peragēdis uix suffectura litigatorū ætas uideatur. Cui rei mederi Magistratus debent, cum iura et leges à maioribus non litium protrahendarum sed dirimendarum componendarumq; gratia rogatas atq; cōsultitas esse nouerint. Nam sicuti medicorū pharmacis nihil opus foret, nisi morbis subueniretur: ita legibus ferendis

rundis nihil opus esset, nisi harū beneficio controuersia ac lites sedarentur. Alioqui quis earū modus aut finis erat futurus? Quò respexisse hi mihi uideatur, qui cum nondum legitima hæc scientia tanta scribentium turba conspurcata ac lacerata esset, Summas composuerunt, quemadmodum P'acentinus, AZO, Rosfredus, Odofredus, Rogerius, & hic noster Otho. & forsam quoq; eā opinor ob causam, quòd nonnihil adhuc hor rescerent ipsi edictum illud Iustiniani Imperatoris de non scribendis in ius ciuile glossematis. At nunc res quò tanta uoluminum mole contra illius sanctionem deuenit uidemus: nimirum omnia esse cauillationū, cautelarum, questionū, opinionum plena, nihilq; incertius hodie aut confusius à plerisq; quàm ipsum ius ciuile haberi: quod tamen quàm certissimum esse, comprimis Reipub. componendisq; litibus referebat. Sed hanc multorum iuris candidatorum querelam in presentia omitto speroq; fore, ut & huic malo quandoq; alter quispiā Iustinianus medeatur, & tanta iuris corumpentium ac confundentium licentia tandem in ordinem redigatur. Interim quibus hac Summa fortè in iudicijs ceu indice uti libet, facilitatem et operā hanc, tibi uero optime Princeps, studium etiam obseruantiamq; erga te meam uerecundè probatam esse uolo. Bene uale, rectis studijs Reiq; publicæ diu superstes. Datum apud Treuiros, Anno à Christo nato

M. D. XXXVI. Mense Ianuario.

m O R D I

162 ORDINIS IVDICIARII IN HOC  
opere tituli sunt hi.

	Edendo.	
	In ius uocando.	
	Satisfactionibus.	
	Procuratoribus.	
	Officio iudicis ante litis contest.	
	Litis contestatione.	
	Iureiurando.	Aduocatis.
	Probationibus.	
	Præsumptionibus.	Testibus.
	Iuramentis testium.	
	Instrumentis.	
	Exceptionibus generalibus.	
DE	Exceptione	Pacti.
		Transactionis.
		Iusiurandi.
		Rei iudicatæ.
		Doli & metus.
		Vsucapionis & præscrip.
	Dilationibus.	
	Compensationibus.	
	Solutionibus.	
	Acceptilationibus.	
	Confessione.	
	Officio iudicis post litem cōtestatam, deq̄ sententia ferenda.	
	Appellationibus.	

SUMMA

## S V M M A O T H O

N I S, D E O R D I N E

*iudiciario.*

D E E D E N D O,

Caput I.



L I M edebatur actio & per scripturā, & sine scriptura. Sine scriptura varijs modis. Hodie uero non aliās fit actiōis editio, quā per oblationem libelli conuentionalis, cum coram iudice ordinario litigandum est. Coram delegato ita demū editur actio, si rescriptum Principis ad alicuius preces impetratum, iudici insinuatū fuerit, & per eum reo destinatum, ut in authent. de litigiosis. §. omnem. coll. viij. Libellum autē conuentionalē quicumq; credens alium sibi obligatum uel obnoxium experiri uoluerit, ita cōponat, ut in eo quod sibi deberi putat edoceat, & specie actiōis edat. Hunc uero libellū non aliter actor dirigat, nisi prius in ipsum

m 2      quera

quem sibi dicit obnoxium, et in negocij  
executorem, aut alterum eorum expo-  
nat cautionem: Se uel intra duos men-  
ses litem contestaturum, uel omne dam-  
num ei cōtingens qui conuenitur, resti-  
tuturum in duplum, cautione non tran-  
scendente xxxvi aureos. C. de litis cont.  
authen. libellum. Et hanc quidem pœ-  
nam sustinebit actor, qui intra duos mē-  
ses litem non fuerit contestatus. Verum  
nec idem libellus reo porrigendus est, ni-  
si idem dato fideiussore caueat: aut præ-  
stito sacramento declaret, se per se, uel  
procuratorem litem usq; ad finem per-  
ducturum: & decimam partem quanti-  
tatis in libello compræhensæ, si iniuste  
litem mouisse arguatur, nomine expen-  
sarum restitutum. Et hoc generaliter,  
nisi ex consensu communi coram arbi-  
tris litigetur, ut C. de episcopis & cleri-  
cis. authen. generaliter. Hanc autem pœ-  
nam præstabit actor, si post litem conte-  
statam iniuste mouisse depræhendatur,  
siue reus nihil, siue minus expenderit.  
Si uero plus expenderit, reo uictori actor  
uictus

uictus in expensis est condemnandus: sicut et aliàs generaliter reus uictus actori uictori in expensis condemnatur. Sicq̃ reus, si nihil aut minus illa decima parte expenderit, actor uictus durius quàm aliàs reus uictus punietur. Quidam tamen actorem sic durius in eo casu puniendum esse intelligunt, cum ipsius calumnia fuerit comprobata. Hanc etiam quantitatem certam, qui alium occasione rescripti ad extraordinarium iudicem uocat, promittere debet indistincte, siue causam nō exequatur, siue exequens non uincat. Si ergo post tempus à se statutum infra x. dies reo præsente nō occurrerit, dimittitur reus exacto eo quod promissum est, etiamsi quid plus circa litem impendisse cum taxatione iudicis iurauerit, recipiat. ut C. de dila. athen. quod fieri. Post hæc ergo offeratur ei libellus, qui ad iudicium uocatur, & exinde præbitis sportulis data fideiussione, si ea sit negocij natura ut fideiubere debeat, xx. dierum gaudeat inducijs, in quibus deliberet, cedit an cōtenda-



dat, atq; alium iudicem petat sociari, uel illum recuset: nisi sit ille quē iam alio recusato petijt. Deniq; præsens interrogabitur, an hoc tempus trāsierit: quod nō modo ex ipsius responsione, sed etiam libelli subscriptione, quam in initio facere debet, manifestatur. Litis ergo contestatio contra hoc tempus indultū habitā, pro nullo est. ut C. de litis cont. auth. offeratur. Et quidē pro nihilo est, ut nec ex ea secundum quosdam perpetuetur actio, uel ne per eum res in iudicium ducta intelligatur. Vel forsan quod melius pro nihilo quantum ad hoc, ut per litis cont. non impediatur, iudicem refutare, quod antiquitus permissum nō est, quod manifeste indicat eadem contestatio de exhibendis & introducendis reis. in authen. illud quoq; antiquitas. Si enim postulatio simplex coram iudice facta per executorem conuentione, sufficit ad interruptionē prescriptionis: multo magis talis litis cont. licet contra id indultum fuerit. Ex præmissis itaq; apparet, quemlibet in ius uocatum gaudere debere

debere illo spacio xx. dierum à lege sibi indulto, siue coram iudice ordinario, siue delegato litigaturus sit. Hoc enim innuunt uerba ipsius authent. quia nec alium recusare licet, nisi delegatum: nisi forte aliud dicamus in eo, qui occasione rescripti ad extraordinarium iudicem, et maxime extra prouinciam suam trahitur, cui forte prædictum temporis spaci-um non indulgetur. Sed citatur literis iudicis delegati, continentis formam rescripti iudicis delegantis, citatione ipsa comprehendente tempus ab auctore constitutum, id est, statui impetratum, ut in superiori authent. quod fieri. Præmissa uero authent. locum habente in eo delegato, cui uocis mandato non rescripto, alicuius causæ cognitio mandatur. Hic tamen subsisto & dubito, an hic ita dicendum sit, aut intelligendum istud: tempus statutum duorum mensium ad litem cōtestandam, infra prout actor cauit, litem contestabitur, alioqui pœnam statutam subibit.

## DE IN IUS VOCANDO,

## Caput II.

**C**Um ergo tam ex præmissis, quam quotidiano huius rei experimento palam sit, non alias fieri actionis editionem, quam si libellus cōventionalis, uel principis rescriptū ab actore iudici porrigatur, idemq; iudicis præcepto per officialem aduersario destinatur, ut elapso dierum xx. spacio ad iudiciū instructus ueniat, liquidò constat tunc temporis quenc; ad iudicium uocari, cum à iudice præfato modo libellus ille officiali ad hoc destinato ad reum transmittitur. Est enim in ius uocare, ad eum qui dicit ius, uocare: etiam si uocati iudex non sit, uenire tamen debet, ut scilicet hoc ipsum sciatur, an ipsius iurisdictioni sit subiectus. ut C. si in ius uocatus. l. ex quacunc;. Quinimo uenire debet privilegium suū allegaturus, licet ius reuocandi habeat domum. ut C. de iudicijs. l. si quis ex aliena. Vocat aut in ius actor, non reus: licet reus sæpius iudicem interpellet,

let, ut à iudicio suo dimittatur, uel absol-  
uatur. Vocandus autem est non solum  
uerbotenus, sed etiam uir, si opus est.  
Nam & qui parentem in ius uocauerit,  
patronum, uel ceteras personas, qui-  
bus horum occasione reuerentia debe-  
tur, nō impetrata uenia, ita demum pœ-  
na quinquaginta aureorum multabi-  
tur, uel inofficiosus castigabit, si inopia  
laborare dinoscitur, cum prædictas per-  
sonas inuitas in iudicium uenire coege-  
rit, ut ff. eo. l. quamuis. Quæ actio neq;  
hæredi, neq; inhære. nec ultra annū da-  
tur. Ex uarijs namq; causis quædā per-  
sonæ in ius uocari prohibentur. Aut e-  
nim prohibentur per reuerentiam per-  
sonarū, quod fit ex causa diuini iuris, ut  
in pontificibus, dū sacra faciunt: uel cau-  
sa humani & publici iuris, ut in magi-  
stratibus habentibus imperiū, dū in ma-  
gistratu sunt, minoribus, s. pedaneis dū  
cognoscunt: siue priuatis, ut in parenti-  
bus, patronis, & uxoribus eorum, & fi-  
lijs & hæredibus etiam extraneis patro-  
norum & patronarum, ut ff. eod. l. qui

cunq;. Aut prohibentur gratia negotio-  
rum, siue communis causa necessitatis:  
ut belli, & feriarum solenniũ, uel repen-  
tinarum, ut ff. de ferijs. l. si feriatis. Siue  
priuatæ necessitatis causa: ut nuptiarũ,  
funeris, uel quia ad aliud iudiciũ uo-  
catus eat, ff. eo. l. in ius uocare nõ oportet.  
Si quis in ius uocatus nõ uenerit ex  
causa, id est, si iusta causa nõ fuerit, qua-  
re ei parcatur, competentĩ iudice multa  
pro iurisdictione iudicis condemnabi-  
tur. Rusticitati enim hominis parcen-  
dũ est. Item si nihil intersit actoris, eo tẽ-  
re in ius aduersarium nõ uenisse, remit-  
tat poenã prætor, puta quia feriatas dies  
fuit, ff. si quis in ius. l. ij. §. si quis. Cum  
quis in iudicio listi promiserit, neq; adie-  
cerit poenam si status nõ esset, incerti cũ  
eo agendum esse in id quod interest, cer-  
tissimum est, ff. si quis in ius. l. finali.

DE SATISDATIONIBVS EO-  
rũ qui suo nomine litigaturi sunt. Cap. III.

**I**N ius autem uocatus suo nomine liti-  
gaturus, non aliam legitur hodie præ-  
stare

stare cautionē debere, nisi iudicio sisti.  
 Sed hanc quidem præstant differenter  
 & uarie, pro personarum qualitate. Cle-  
 rici enim mutuis fideiussionibus, uel si  
 hoc non potest fieri, nudæ suæ promissi-  
 oni, uel rerum suarum obligationi con-  
 tradantur. C. de episc. & de. l. omnes. §.  
 in hac. Alij autem possessores rerum  
 mobilium satisfaciunt: id est, dato fideiusso-  
 re cauent. Alij uero immobilium rerum  
 possessores nudam emittunt cautionem,  
 secundum plurimorum opinionem, ut  
 C. qui satisfacit. cog. l. sciendum. Sed ue-  
 rius est, ut iuratoriā cautionem præsta-  
 re compellantur, ut C. de princip. agen.  
 l. xij. §. multis. Et quidem si necessa-  
 riæ personæ conueniantur iudicio si-  
 stendi causā, qualiscunque fideiussor,  
 etiam non locuples datus, sufficit: utpo-  
 te, si conueniantur parentes, patroni,  
 uel liberi, uel uxores, uel nurus. In eum  
 uerò, qui sciens necessitudinem, huius-  
 modi fideiussorem à talibus personis nō  
 acceperit. l. aureorum. iudicium com-  
 petit, ff. in ius uocati ut eant. l. edictio.  
 & l.

& l. ij. Si uero aliæ personæ conueniuntur, edicto cauetur, ut locuples detur. nec tantum ex facultatibus, sed etiam cōueniēdi facilitate, ut ff. qui satisdare cog. l. fideiussor. Locuples autem est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam petit, ut ff. de uerb. signif. l. quem nos. §. locuples.

De die autem in hac stipulatione scilicet iudicio sisti ponenda inter litigatores conuenire solet, & si non cōueniunt, in potestate est stipulatoris, id est, actoris: cum arbitrio tamen iudicis, moderantis pro personarū qualitate, & causæ, diem statuere, ut ff. qui satisdare cog. l. de die ponenda. An ne hoc correctionem recipit ab authentica, qua indistincte xx dierum dantur induciæ? Hac autem tam uaria cautionis præstādæ expositio est, etiam si coram iudice delegato litigandū sit: quia in eadem authentica iudicis, qui recusari potest mentio habetur, solusq; delegatus recusari potest. Quidam tamen eius occasione, quod legitur, in eadē authen, de fideiussione præstan.

standa, dicunt uniformem cautionem, s. fideiussoriam, ab omni cōuento exponendam, quod uerū esse non credimus. Ideoq̄, ut diximus, id exponatur. In fideiussorem autem, qui aliquem iudicio sisti promittit, nec id efficit, actio à præ-  
tore † decernitur, qua condemnatur in uniuersam quantitatem petitam, nisi in certam fideiusserit, ut ff. qui satisdat. co. l. ij. §. in fideiussorem. Qui uero iuramēto promiserit iudicio sisti, non peierat, si ex causa legibus concessa hoc deseruerit, ut ff. qui satisd. cog. l. qui iuramento. Et hæc quidem locū habent, ubi suo nomine litigaturus in iudiciū deuocatur.

† Aliàs discernitur.

DE PROCURATORIBVS,  
& eorum satisfactione. Cap. 1111.

**C**Aeterum ad sui defensionem, procuratorem constituere, nemo ex ordine prohibetur. Et quidem nemo inuitus defensionem suscipere cogitur, ut ff. de reg. iur. l. inuitus. Cum autē uolens defensionem suscipit, nullo mandati habito delectu, iudicatum solui, satisfatio-



dationem præstare cōpellitur, sine qua re nemo rei alienæ idoneus defensor intelligitur. Insti. de satisd. §. finali. Nisi dominus præsens procuratoris sui personam confirmans uel in iudicio uel extracum hypotheca rerum suarum pro eo fideiussor extiterit. Instit. ut supra. §. fin autem. Vbi ergo dominus pro eo consentiente cauit, omnino iudicium suscipere cogetur, nisi iustissima causa iudicij non suscipiendi interuenerit: ut si sunt capitales inimicitia inter ipsum & dominum, uel mala ualetudo, uel necessaria peregrinatio, uel consimilis causa.

Tunc enim non compellitur iudicium suscipere, nisi tractu temporis res actori sit peritura, domino scilicet absente. Tunc enim ad litis cont. faciendam cogetur, ut ff. de procur. l. sed etiam. Aliàs iusta causa interueniente, iudicium subire non compellitur, nec stipulatio ob rem non defensam committitur, ut ff. eod. l. si post datum. Si uero dominus eo inscio & inuito cauit, iudicium suscipere non compellitur, sed  
stipula-

stipulatio à domino ob rem non defen-  
sam committitur, ut ff. eo. l. si defun-  
ctus. Sin autem procurator domino  
absente & nesciente cauit, defendere  
non compellitur: sed ex stipulatu con-  
tra eum agetur. Quinimò si iusta causa,  
quare nō defendat, interuenerit, nec sti-  
pulatio committitur, nec defendere co-  
getur: nisi res tractu temporis petitori  
sit peritura. Quo casu (ut quibusdā pla-  
cet) defendere cogitur, usq; ad litis cont.  
nec sufficit, ut stipulatio committatur, ut  
ff. eo. l. mutus. §. qui non cogitur. Alijs  
autem uidetur, nullas esse hoc casu præ-  
toris parteis ad cogendum. Sicut autem  
ad defendendum, sic etiam ad agēdum  
constituuntur procurator. Cum ad agen-  
dum constituitur, si constat de manda-  
to, admittitur sine cautione de rato, ni-  
si cum per procuratorem fit noui ope-  
ris nunciatio, ut ff. de op. no. nunc. l. de  
pupillo. §. qui procuratorio. Constat  
autem de mandato, cum literæ actoris  
mandatum continentes ad aduersariū  
diriguntur, continentes etiam quem,  
& in

& in qua causa fecerit aduersus eum procuratorem, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit. Hoc enim casu literis eius approbatis uelut presentis procuratorem interuenire intelligendum est.

Itaque et si postea murata uoluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium quo quasi procuratorem expertus est, ratum esse debet. Constat item de mandato, si de iniuncta procuratione litera principi, uel cuiuslibet iudici in iudicio dirigantur, ut ff. rem ratam haberi. l. ne satisfactio. Sicut et ubi constaret, si apud acta presens dominus ipsum procuratorem constituisset, ut C. de satisfactio. l. unica. non est iuris incerti. Cum autem constat cessare mandatum, repellitur etiam si uelit cauere de rato: nisi sit ea persona, quae admittitur ad agendum sine mandato, cum tamen caueat de rato et defensione facienda arbitrio boni uiri. utpote filius f. pater, & affinis & libertus, ut ff. de procurat. l. sed & haec personae. Maritus tamen sine satisfactioe admittitur ad agendum pro cautionibus foenora

noraticijs datis sibi ab uxore loco parā-  
 phernaliū, quæ iuxta dotem dantur, nul-  
 la ab eo tali cautione exponēda, ut C. de  
 pactis cōuentis tam super dote l. simili-  
 ter. §. si mulier. Hæ autem personæ ad-  
 mittuntur, ut diximus: dum tamen con-  
 stet eas non experiri contra domini vo-  
 luntatem, ut ff. eo. l. Pompo. §. in his au-  
 tem. Sed & talium nullus ad agendū  
 admissus, procurator uere est dicendus,  
 ut ff. iudicatum solui. l. iij. §. stipulatio-  
 ne. Ergo sicut diximus, ubi constat ces-  
 sare mandatum, procurator repellitur,  
 nisi de momentanea possessione absen-  
 tis turbata experiatur. C. si per uim ab-  
 sentis poss. l. iudices absentium. Cum  
 uero dubitetur de mandato, sufficit, si ca-  
 ueat de rato. Aut enim cauebit, aut man-  
 datum probare compellitur. Si autē ne-  
 gatur mandatum, præcise probare com-  
 pellitur. Alij uero indistincte dicunt: si-  
 ue negetur mandatum, siue dubitetur,  
 probandum esse mandatum. ut C. eo. l.  
 exigendi. Sicq; in rei esse arbitrio, uel ut  
 cautionem admittat, uel ad probatio-

nem mandati compellat. Hæc autem exceptio procuratoria ab initio est opponenda, quantũ ad hoc ut probet, uel caueat. Cæterum postea forte & si post sententiam ad arguendum falsum, quasi non habentem mandatũ, etiam si de rato cauerit, reus admittitur, ut C. eod. l. licet. in principio. Quo casu nullum iudiciũ, controuersiæ nullæ haberentur, nisi dominus hoc cognito ratum habuerit: ut ff. de iudicijs. l. licet uerum. Procurator itaque ad agendum constitutus, præmissam (ut diximus) exponat cautionẽ. Nihilominus tamen & eam, quæ est de defensione arbitrio boni uiri facienda. Ergo qui procuracionem suscipit, si de defendendo non cauit, de defensione ca uere non cogitur, licet à procuracione repellatur. Pœna enim procuratoris non defendentis est, ut à procuracione repellatur, ut C. eo. l. actionem. ff. eo. l. inuitus. Si uero cauit, defendere cogitur: nec sufficit stipulationem committi, nisi iusta causa remotus sit, uel ex iusta causa recusauerit agere. ut ff. eo. l. sed & hæ.

hæ. §. præter. Quo ultimo casu fortè usque ad litiscont. defendere cogitur, ut ff. eo. l. mutus. §. qui non cogitur. Ne itaq; à procuratore repellatur, defendere cogitur: & hoc, siue sit procurator simplex in re aliena, siue sit procurator in rem suã, ex causa lucratiua, ut ff. eo. l. pater. siue sit procurator in rem suam ex necessitate, non ex causa lucratiua, sed in fraudem creditorum, ut in emptore hæreditatis contingit, ut ff. eo. l. si quis in rem. Si enim factus est procurator in rem suam, non ex causa lucratiua, nec gesto negotio in fraudem creditorũ, licet agat distincte, defendere non cogetur. Rogatus tamen dicere uidetur, in utroque casu indistincte defendere cogendum: nisi à procuratore uelit repelli. Si tamen actio desiderantium defensionem ex ea causa pendeat, ex qua & intentio procuratoris. Huiusmodi autem rei occasione non immerito dubitandum uidetur, an in solo præcedente casu postulari debeat defensio, an in cæteris negotijs non ex eadem causa iam pendentibus, ex qua

& ipsius procuratoris dependet intētio,  
 ut ff. eo. l. sed & hæc. §. defendere. Et si  
 defendere est id, quod dominus esset in  
 lite factururus, iure uidetur obtentum, ut  
 etiam in alijs causis defensio requiratur:  
 unde nec ipse, sicut nec dominus audie-  
 tur, nisi & reus in alia lite, si quam forte  
 habet, dominum conuenire uolenti, re-  
 spondeat in continenti, ut C. de senten-  
 & interlo. autem. §. & cōsequenter. Pro-  
 curatore autem eo. iustituto, liberū est do-  
 mino ante litis cont. uel in alium procu-  
 ratorem, uel in se iudicium transferre.  
 Post uero litem cont. nō licet, nisi cū cau-  
 sæ cognitione. Ex quib. enim causis pro-  
 curator excusatur, ne mandatum conse-  
 quatur, ex eisdem & inuitus remouetur.  
 Ut ex causa inimicitiarū domini & pro-  
 curatoris, uel affinitatis procuratoris &  
 aduersarij. Vel quod procurator maio-  
 re re sua distringatur, uel in consimilib.  
 ut ff. eo. l. ante litem, & sequen. & ibi l.  
 in causæ cognitione. non solum autem  
 ipsi qui dederit procuratorē hoc, sed etiā  
 hæredi eius & certis successoribus per-  
 mitti

mittitur. ff. eo. l. qui non cogunt. Ergo nisi aliqua ex his causis adfuerit, non remouebitur. Si tamē procurator cōtra dominū obiectam causam non adesse contendat, ita audiendus est, si magis infamiam facti quam ex remotione cōsequeretur, purgare uoluerit, quā sibi procuracionem asserere. Nam hoc ipso suspectus est, quod operas suas ingerit, ut ff. eo. l. quæ omnia. Itaque ut diximus, remouebitur, nisi in rem suam procurator sit factus, uel nisi aliqua retentione forte nomine expensarum uti uelit: quo casu non remouebitur, nisi dominus ei solvere paratus sit, ut suprā eo. l. quæ omnia. Ita uero demum fit à procuratore translatio, si omnia iudicia transferantur: aliās enim procurator hanc inconstantiam recusabit. A procuratore uero, qui ex mādato agit (ut diximus) fieri potest translatio. Ab eo autem qui mandatum non habet, cum nec rati habitio secuta sit, cæterorum translatio nō est necessaria. Cū nec occasione priorū de quibus egit, maneat in cæteris procurator: sed cū nec ex



prioribus quicquam in iudicium dedu-  
ctum sit, nisi dominus ratū habeat, nec  
per ea quæ domino inuito sunt facta,  
præiudicium factum sit, & magis neces-  
saria sit reuocatio, ut ff. eo. l. in causæ co-  
gnitione. Finitur quoque procuratio  
mandato contrario, & morte mandan-  
tis re integra, ut C. eo. l. nulla. Si tamen  
per ignorantiam completum sit man-  
datum, nihilominus actio contraria cō-  
petit, ut ff. mandati. l. inter causas. Fi-  
nitur quoque morte procuratoris, re in-  
tegra, eiusq; renūciatione tempestiua.  
Instit. de mand. §. recte. & ff. manda-  
ti. l. si mandauero. §. sicut liberum.  
Post litem cont. procurator, utpote do-  
minus litis effectus, procuratorē consti-  
tuere potest, antē uero non poterat. A  
procuratore uero constitutus procura-  
tor, non cōstituit procuratorē, ut C. eo.  
l. nulla. Procurator autem, nisi specia-  
le mandatum habeat, uel in rem suā pro-  
curator factus sit, uel liberalem, uel libe-  
ram administrationem habuerit, transi-  
gere nō potest, ut ff. eo. l. nam et nocere.

Ge

Generalem uero habens administratio-  
nem, quo casu simplex procurator dici-  
tur, transigere nō potest, ut ff. eo. l. māda-  
to. Ut itaq; ex præmissis apparet, à pro-  
curatoribus tres cautiones exponantur.  
Prima de rato, quæ propria procurato-  
ris actoris est: secunda iudicatum solui,  
quam exponit procurator rei: tertia de-  
fensione faciēda arbitrio boni uiri, quæ  
communis est procuratoris, tam actoris  
quàm rei. Sed in procuratorem rei suffi-  
cere uidetur, quod hanc implicitè expo-  
nit. Cū enim illā præstat, scilicet iudica-  
tum solui, cōsequitur quod & hanc tan-  
quam in ea contentā exponere uidetur.  
Iudicatum namq; solui tres clausulas cō-  
tinet: scilicet de re defendenda arbitrio  
boni uiri, & de dolo malo, & de re iudi-  
cata. Et hæc quidem uera sunt, nisi dica-  
mus & hanc licet defensionem in illa cō-  
tentam, unā tamen cum illa esse expo-  
nendam, ea forte ratione reddita, quia  
plus solet timeri, ut c. v. in decretis. dist.  
xxij. §. quanquam. Licet enim (ut præ-  
diximus) cautio illa de rato propria

sit procuratoris actoris, in casibus tamen  
 certis eadem exponere rei procurator cō-  
 pelletur: utpote cum in actione reali pro-  
 curator alterius defensionē suscipit. Pe-  
 riculum enim est, ne si iudicatum fuerit  
 rem petitoris esse, iterum dominus de  
 eadē re experiri uelit. Quo casu si uerus  
 esset procurator, uel dominus ipse egis-  
 set, uel ratū habuisset, exceptione repelle-  
 retur, ut ff. eo. l. Pompo. §. sed & his. Itē  
 cum seruus proclamat in libertatem cō-  
 tra dominū, dominusq; per procurato-  
 rē defenditur: quia hoc casu quasi actor  
 habetur. Item de rato cautionē expone-  
 re rei procurator cōpellitur, cum minor  
 cōtra uenditionem fundi quam fecerat  
 restituitur, emptorq; per procuratorem  
 defenditur. Hic enim de rato cauere cō-  
 pellitur, ne dominus iterum petat. Item  
 si tutor suspectus postulatus per procura-  
 torem defenditur, pręterea in iudicio cō-  
 muni diuidundo, familię eriscundę, fi-  
 nium regendorum, uti possidetis, utro-  
 bicq; , uice tã actoris quàm rei fungitur,  
 utraque cautio præstat: de rato, & iu-  
 di-

dicatum solui. ut ff. eod. l. non solum. §. si status. & §. est & casus, &c. C. rem ratam habere. et C. de satisfat. et C. eod. l. si defunctus. §. qui ad.

DE EFFECTV PRO-  
curatoris.

**E**st autem effectus † procurationis, † *Aliàs pro-  
curatoris.* quod si ex mandato domini in iudicijs procurator stipulatus, uel aliàs cōtrahit, ita lis directe præiudicatura domino cōparatur. ut C. de procura. l. in causa. §. si ex parte. Idem Garnerius specialiter intelligit, in his stipulationibus quæ à procuratoribus interponuntur, ut iudicium ratum habeatur, & hoc propter specialem iudicij auctoritatem. Itaque si in causa procurator domini mandato cōstitutus obtineat, procurator cū directa iudicati competit actio, exceptio ne repellitur. Dominus enim utiliter agit & excipit, sicut etiã cum procurator condemnatur, non procurator directio, sed dominus utiliter conuenitur. Hæc autem ita intelligatur, nisi in rem suam  
n s factus

factus sit procurator, aut se liti obtulerit, cum à domino cautum non esse cognouit. ut C. de procuratoribus. l. si procurator. Per contrarium autem, si procurator. §. Plaucius. iudicatum solui satisfecerit, in me ex stipulatu actio non datur, quia nec iudicati mecum agi potest. Ex his ergo patet, quod dominus per procuratorem litigans non est condemnandus, sed procurator, nisi in causa iniuriarum criminaliter ab his quibus specialiter permittitur, ut per procuratorem litigetur. ut eod. de sentent. & interlocut. l. non uidetur. & constitutione de iniurijs. l. si quando. Sicq; procurator in famosa actione succumbens, non infamatur, quia non suo nomine condemnatur. Sed nec dominus, utpote nullo modo condemnatus. ut ff. de his qui notantur infamia. l. furti si quis.

DE OFFICIO IUDICIS

*ante litis contestationem.*

Caput V.

Ne

**N**E autem causa suo tempore sumat exordium, nunc actoris, nunc rei contingit uicio. Et quidem si actor abfuerit lite non contestata, inuitus agere compelli non potest: poenis tamen constitutis, quas supra de edendo exposuimus, subiacebit. Si uero ante litem contestationem reus actione in rem de re mobili, uel immobili, quam suo nomine tenet, conuenitur: si legitime uocatus ad iudicium non uenerit, mittitur actor in possessionem, non ut possessor, sed causa rei seruandæ, ut reus tædio affectus infra annum ueniat, & cautionem litis suscipiendæ præbeat, & rem suscipiat, & cognitionalia certamina subeat. Anno uero elapso, quasi ex secundo decreto fit possessor. Alij tamen debent omnem eam habere possessionem, quod minime obtinere credimus. Hæc nanque missio eodem modo fit, quo & illa, qua legatarius, uel fideicommissarius in bonorum possessionem mittitur, cum ei idoneè non cauetur delegatis, uel fideicommissis in diem  
 uel

uel sub conditione relictiis suo tempore præstandis. ut C. de præscript. xxx annorū. l. si quis. & C. ex quib. caus. long. consuet. legati. Ex præmissis ergo patet, quod anno elapso de possessione nō auditur dominus, sed de sola proprietate. Sed hoc intelligamus, nisi per iudicem steterit, quo minus cautionem infra annum dominus reciperet: quo casu etiam post annum cautio erit recipienda, & res restituenda domino, sic ut nec parti sit præiudicium, si iudex infra præfinitum tempus ad appellationem prosequendam iudicium appellationis differat examinare, ut authent. sponsalicia largitas. §. hoc sancimus. Cum itaque hæc missio ad similitudinem missionis legatariorū sit, patere uidetur, quod missus dominum nō expellet, sed unā cum eo possidere iubetur. ut ff. ubi in possessio. l. his cum. Eadem quoque ratione custodiam habet rerum & fructuū ne domino depereant, deteriores ue fiant: fructus etiā rediget & colligat, si dominus hæc agere negligat, Sed etiam delegatario

rio misso in bonorum possessionem, legitur quod uescendi causa diminuet, si filia, neptis, proneptis, uxor ue esset, nec nupta sit. ut ff. uti in poss. l. his cum. & l. qui legatorum. Sed an in præmissa missione his tantum casibus diminutio uescendi causa facta sit admittenda, merito in quæstione relinquo. Conuentus uero de re immobili, quam alieno nomine tenet, si ius in re non habet, dominum in iudicio nominare debet, ut litem suscipiat: si autem ius in re habet, ad id forte dominum nominabit, ut præfens adsit, ne quid forte in ipsius præiudicium fiat. Domino itaque in iudicio nominato, ut litem suscipiat, certum tempus à iudice diffiniendum est, infra quod domino denunciaret, ut in locis, in quibus res sita est, perueniens, uel procuratorem mittens, actoris intentionem suscipiat.

Quod si dominus facere neglexerit, tanquam lite contestata ex eo die, quo ad iudicium uocatus est is qui nomine eius tenet rem, interrumpitur præscriptio: & negotio summam examinato, si legitime uo-



me uocatus uenire distulerit, possessione priuatur, omni allegatione de proprietate seruata. ut C. ubi in rem actio debeat exerceri. §. si quis. Idem dicendum esse uidetur, si res mobilis sic detineat, ut tamē prius res deponatur, uel idonea satisfactio præstetur: præsertim si persona suspecta sit, quæ in iudicio dominum nominat. ut ff. qui satisfactio. l. si satis. Nec mirum si huic certū tempus, ut dominū in iudicio deducat, à iudice indulgetur. Nam etsi aliàs cum præsens ex domo absentis quid patiatur iniquum, utpote damnum, idem fortē si rapinam, conuenitur is qui iniustitiam egit, siue curator, siue cōductor, siue quis alter sit: & ei tamen desideranti dantur induciæ, infra quas possit domino nunciare, & ipsum uel procuratorem eius primo conueniendum repræsentare, quo neq; ueniente, neq; mittente primò conuentus condemnabitur, si apparet obnoxius, utpote si mandauerit, uel ratum habuerit. ut C. ubi in rem actio. quia in prouincia. Alijs uero uidetur, non esse locum

cum huic nominationi, cum prædicto modo pro re mobili quis conuenitur, sed rem suam intentionem implenti restituendam: eo maxime, quod omnis qui continet, & potestatem restituendi habet, rei uendicatione conuenitur. ut ff. de rei uendicatione. l. officium. Cum autem de debito personaliter conuenitur, is cōtra quem non est facta litis contestat. si legitime citatus uenire distulerit, potest ex parte præsentis examinato negotio in possessionem rerum mobilium mitti. Quas si non habet, uel non comparet, dehinc in possessionem rerum immobilium iuxta mensuram declarati debiti præsens mittetur: sed nec reus reuersus res recuperare uolens audietur, nisi omne damnum actori refarciat, & fideiussorem iudicio listi præstet. ut C. de his qui ad ecclesiam conf. l. præsentius. & de exhibend. & introd. reis. l. si uero. Sic itaq; ordine præmissis seruato res absentis pro modo debiti actori perficiant, uel per missionē in possessionē, uel per uenditionē earū, tempore  
à iudice

à iudice statuendo faciendam, uel infra annum (ut plerisque placet) ad similitudinem eius quod de actore absente legitur in authent. de litigiosis. §. omnem.

An autem hæc potestas, res scilicet recuperandi, reo reuerso perpetuò detur re integra, rebus scilicet non distractis, an tantum infra annum, in questione relinquo. Quidam circa hunc articulum distinguunt, dicentes, si debitum liquidum sit ex una parte uentilato negotio definitiuam sententiã contra eum qui nunquam litem contestatus est, ferendam, eamque tempore à iudice, uel à lege statuto executioni mandandam. ut ff. de re iudic. l. à diuo Pio. & C. de bon. au. iud. poss. l. cum proponas. Si uero liquidum non sit debitum, ei per missionem in possessionem bonorum est consulendum.

DE LITIS CONTESTATIONE, Caput VI.

**S**I ergo cum nec actori, nec reo libera pateat subterfugendi facultas, tandem ad iudicium ueniunt, sitque litis contest.

testatio, id est negotij hincinde apud iudicem narratio. Quippe litis contestatio non fit, nisi aduersario praesente & respondente quidem competenter, id est, negante uel excipiente, id est, iudicium subeundo, non declinando examen.

Declinatur autem lis propter locum, propter tempus, propter personam iudicis & litigatoris, propter causam, & hoc ut si legatus conueniatur. Effectus litis contestationis hic est, quia per eam omnis actio perpetuat, excepta actio de dolo, quae fit transitoria & usuraria, si prius non erat, ut eo. l. res in iudicium. & l. poenales.

## DE IURAMENTO CA.

lumniae, Caput VII.

**P**ost litis contestationem, eo qui uel uim intulit, uel aliquid deliquit defuncto, successores eius in solidum (in quantum ad eos peruenit) conueniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur, ut ff. quod metus causa. l. quod diximus. §. haec actio. Lite uero simpliciter coram iudice contestata, non aliter actori, uel reo suis allegationibus, uti permittitur,

o tur,

tur, nisi sacramēto propter calumniā  
dato. Iuratur itaque post litem contesta-  
tam, qui arguit uerbo mouisse litem.

Primum iurabit actor, animo calum-  
niandi se litē non mouisse. Iurabit reus,  
quod putans bona se uti instantia, ad re-  
luctandum uenerit. Vtriusque uero ad-  
iicitur sacramento, quod pro hac causa,  
uel iudici, uel alij nihil dederint, uel da-  
turi sint, uel promiserint : exceptis his  
personis quibus à lege dari permittitur,  
ut aduocatis & executoribus. Adijcitur  
quoque in tota lite, nullam probationē  
exigi ab aduersario calumniose, ut ff.  
eo. l. principales. l. nolentes. l. in omni-  
bus. Ex his ergo colligitur, quod te-  
stes producens respondere compellatur  
an de furto sint damnati, uel aliās infa-  
mes: ne si non dicat, aduersarium ad re-  
quirendas probationes non necessarias  
compellat, sic que deieret. Iurant autem  
principales personæ & absentes, litigan-  
tes per procuratores. Tutores autē & cu-  
ratores in causis quas agunt nomine mi-  
norū, iurabunt, ut C. eo. l. ult. Illud uero  
gene-

generaliter obseruetur, ut si actor iurare noluerit, casum actionis sustineat, reus uero condēnationem sustineat per iudicis sententiā, ut C. eod. l. ultra. §. si actor.

## DE ADVOCATIS,

## Cap. VIII.

**P**atroni uero causarum non aliter partibus suam impertiuntur auxiliū, quā si sacramētum præstiterint, quod omni uirtute sua, omnique ope, quod iustum & uerum estimauerint, clientibus suis inferre procurent: eoque cognito quod causa improba sit, uel desperata, uel mendacibus allegationibus cōposita, ipsi non patrocinentur, & ab ea recedēt si lite procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit. ut C. de iudicijs. rem non nouam. §. patroni. De parte litis patris non debent aduocati, sed neque de salario immoderato, id est quod excedat centum aureos pro singulis causis, ut ff. de extraordinarijs cog. l. i. de postulando. §. si cui.

## DE PRAEVARICATIONE

aduocatorum.

**D**Etecta autem aduocatorum praevariatione, & ipsi extra ordinem puniuntur, & iterato de causa queretur etiam post sententiam, forte & post solutionem, ad instar corruptorum testium & falsorum instrumentorum, ut C. de aduo. l. si patronum.

## DE ERRORE ADVOCATORVM.

**P**orro quod ab aduocato allegatum dictum ue fuerit, praesente eo cuius causa agitur, perinde habebitur, ac si ab ipso dictum fuisset. Errorem tamen aduocati intra triduum solum corrigere licet, quamuis proprium usque ad sententiam reuocare permittitur, ut C. de errore aduocatorum. l. i. et ultima. Repelluntur autem a postulando paciscentes de parte litis, & qui non sunt catholici, ut C. de postulando. l. si quis. §. nemo. Item iudices, arbitri, assessores, ut C. de postul. l. quisquis. C. de assessorib. l. nemo. Item surdi, & minores xvij annorum. Item caeci, & ex grauiorib. criminibus irretiti,

retiti, nisi pro se, & certis tantū. Item mulieres, & ex leuioribus causis infames, nisi pro se & certis personis, ut ff. de postulando. l. i.

## DE PROBATIONIBVS,

## Caput IX.

**P**Ræmissis ac ordine prælibato subsecutis, actoris erit actionem propositam rationibus et allegationibus, quas sibi necessarias crediderit, inducendo fundare. Actor enim quod intēdit, probare debet, suis et iuri cognitis probationibus. Quippe cōtra iuris rationem postulat actor, ut sibi ad originem suæ petitionis fundādam instrumenta sua reus edere compellatur. Porro fundata intētionē, exceptionēq; opposita, actor replicando factus reus, ad replicationis suæ assertionem non immerito sibi instrumenta rei exhiberi desiderat, ut C. de edendo. l. ultī. Nam & reus ad exceptionis suæ probationem actoris instrumenta edi sibi iure desiderat, ut C. de eden. l. non est. Et hoc in priuatis instrumentis locum habet. Cæterū publica & omnia



nia instrumenta à quocunq; & cuiuscunq; sunt exhibēda, ut C. de edendo. l. ij. vi. & vij. Ergo solo præmissō casu actor instrumenta rei sibi exhiberi iure desiderat: aliās autem actore non probante, reus, etiamsi nihil præstiterit, obtinebit. Quandoq; tamen uerū est, reum nō obtinere, licet & actor non probet, eo scilicet non uere, sed quasi probante: quod ex varijs causis accidit, ut cum præsumptione pro filio faciente, quod debitum obsequium pater exhibuit, scriptus extraneus hères, quod patri ingratus filius extiterit, probare compellitur. Idemq; aliās accidit, si actor iuret iudice deferente, uel reo referēte. idemq; fiet reo remittente, uel nō iurante, nec referente, cum actor ei iusiurandum detulerit. Ergo (ut diximus) actore non probante, uel quasi non probante, reus etiamsi nihil præstiterit, obtinebit. Actori enim, nō reo, incūbit probatio. Reo tamen quandoq; mos geritur, si probare uoluerit, secq; sponte probationib. onerare, cū ea est negotij natura, ut & ipsius audiri possit proba-

batio. ut ff. de proba. l. circa. C. de inoffi-  
 cioso testa. l. liberi. Aliquando quoq;  
 ab auctore ad reum transfertur probatio.  
 ut nec auctor suæ intentionis originē pro-  
 bare cogatur, sed reus. Contrarium hoc  
 quoq; aliàs accidit propter delictū rei, ut  
 pote cum auctore conditionem indebiti  
 proponente, reoq; se nihil recepisse cō-  
 tendente, idem suscepisse conuincitur,  
 sicq; ut probet se debitum suscepisse ar-  
 ctatur, non auctor ad probandā indebiti  
 solutionem cōpellitur: aliàs idem accidit  
 propter priuilegiū, ut in muliere, mino-  
 re, milite, agricola, qui simplicitate gau-  
 dent. Ab his enim suscipientes, se debi-  
 tum suscepisse, non illi indebitum se sol-  
 uisse probare cogunt, ut C. de probatio-  
 nibus. l. cū indebito. Aliàs id inducit  
 p̄sumptionis adminiculū, utpote cum  
 curator tutorem, qui nō gesserit, conue-  
 nire desiderat, non is, ut ipsius cōstet in-  
 tentio, probare cōpellitur tutorem qui  
 nō gessit tēpore depositi officij, non fuis-  
 se soluēdo: quia id ipsum p̄sumitur ex  
 eo quod nunc in tali statu reperitur, sed

reus ne conueniatur probare necesse ha-  
bet, eum illo tempore fuisse soluēdo, ut  
C. de probationibus. l. iij. §. ex prima.  
Reus quoq; cum excipit, ex ordine pro-  
bat. Ex his itaque patet, quia commodi-  
us sic dicitur ei qui dicit, incumbere pro-  
batio, non ei qui negat. Quoniā sic acto-  
ri incumbit probatio, non reo, cū etiam  
reus sæpe ad probationem uolēs admit-  
titur, sæpe nolens compellitur. Itaq; ne-  
gantis factum per rerum naturā, id est  
causarū consuetudinem, nulla est proba-  
tio. Ius enim negans, ut emancipationē  
non rite factam probare debet, ut C. de  
probationibus. l. iij. §. ab ea. Eorum au-  
tem per quæ fit probatio, quædam per  
se sufficiunt, ut testes in legitimo nume-  
ro nō reprobati, instrumenta publica et  
authentica, instrumenta priuata in pro-  
prium præiudiciū emissa, ut apochæ  
& antipochæ. quædam proficiūt, ut pri-  
uata annotationes & attestations, que  
non sufficiunt, & si moriens id annotet  
uel attestetur, nisi cum moriens iurat cer-  
tam sibi quantitatem deberi, nec quid  
amplius

amplius in patrimonio esse: quo casu creditoribus non fit præiudicium, licet hæredibus fiat, ut amplius non inquirat, si laboriosa sit inquisitio. aliàs enim forte inquirerent.

DE PRÆSUMPTIONIBUS, Caput X.

**P**Ræsumptiones quoque non sufficiunt, licet proficiant. interdum tamen ex sola præsumptione, nisi contrarium probetur, sententia datur: ut si chirographum petitoris cancellatum inueniatur. ut ff. de probationibus. l. si chirographum. Item si quis causa expressa in scriptis se debere cauit, licet forte de non numerata pecu. excipiat. ut C. de non numerata pecun. l. generaliter. Item si quis post tres scriptas denunciations cum uxore aliena colloquium habere inuentus fuerit, ut in auth. l. ut liceat matri. §. si quis in domo. Format autem lex interdum præsumptionem ex qualitate facti, & admittitur probatio in contrarium. unde dicitur, tamdiu præsum-

n 5      ptioni

ptioni statur, donec in contrarium probetur. ut C. de iure dotiũ. l. nuptura filio. & l. non est uerisimile. C. quod met. caus. & l. etiam. C. de donat. inter uir. & uxor. et l. siue possidetis. C. de probat. §. siue. Quandoq; præsumptionem lex format, & super præsumpto statuit pœnam, nec in contrarium admittitur probatio, quæ præsumptio legis à quibusdam dicitur. hæc aliàs inducit uigor scripturæ, ut C. de arbitris. l. ne in arbitris. Aliàs fauor ultimæ uoluntatis. ut C. de Instit. & subst. generaliter, cum autem. Item de rei uxor. actio. l. i. & ij. Aliàs uero eam inducit odium uelut conspirationum & coniurationum, ut in decretis. c. xi. q. i. si qui clericorum.

## DE TESTIBVS.

## Caput XI.

**P**Robationũ uero species prima frequens, & præcipua est per testimonia. Dignior enim est uox uiua testiũ, quam uox mortua instrumẽtorum. Est autem testificandi officium publicum.

Cogun.

Coguntur enim testes ut testificentur, & recognoscant signa sua. ut ff. de tabulis exhibendis. l. locū. §. hoc interdictū. & eod. libertorum. Licet ecclesia Romana testes cogere non consueuerit, ut in decret. Alex. iij. quemlibet autem. Testium uero quidam certa ratione excusantur à ferendo testimonio, quidam prohibentur, ut excommunicati, uiginti annis minores. ut ff. eo. l. in testimonio. & senes. Item is excusatur, cui uenire non licet: ut sunt relegati. Alij ratione morbi, ut ualetudinarij. Alij dignitate, ut Episcopi, Magistratus: aut publicæ utilitatis causa, ut milites. Publicani quoque non detrectandi causa, sed reipublic. causa aberunt. Milites tamen & Magistratus si in presenti sunt, & res exigat, dicant testimonium. ut ff. eod. l. ob carmē. Excusantur quoq; cognationis siue affinitatis causa uel ratione, ut cognatus contra cognatum, gener contra focerum, & econuerso. ut ff. eod. l. lege Iulia. Si inuiti, excusantur: uolentes, admittuntur. Prohibentur autē à ferendo

ferendo testimonio quidā iure ipso, qui  
 dam iudicis officio. Ipso iure, propter  
 personam ratione etatis, ut pupilli. ut ff.  
 eod. l. inuiti. Item is qui non detrectan-  
 di testimonij causa aberit. Item is qui e-  
 xercitui prebendam, id est commeatum  
 conduxit. Sed nec pupillus testimoniū  
 denūciare potest. Aut ratione sexus, ut  
 mulieres in testamentis: aut ratione con-  
 ditionis, ut coloni, serui, ascripticij. ut C.  
 de his qui ad exhib. l. ult. Propter cau-  
 sam Romanæ religionis, ut hæretici cō-  
 tra orthodoxum: aut ratione infamiæ iu-  
 ris, siue per sententiā sit infamis, siue i-  
 pso iure, ut qui contra transactionem iu-  
 ratam uenerit. ut C. de trāfactionibus.  
 l. si quis. ff. eod. l. ob carmen. nisi in ma-  
 ximis criminibus. ut ff. eod. ob carmen.  
 Quidam tamen infames colligunt, licet  
 non ad iudicialia testimonia, tamē in ul-  
 timis eulogijs (aliās testamentis & cōtra-  
 ctibus) esse admittendos, occasione eius  
 quod dicitur de minoribus hæreticis, li-  
 cet infames sint, admittēdis. ut C. de hæ-  
 reticis, l. cum multi. Præterea ratione in-  
 famiæ

famiae facti, ut meretrix. ut ff. eod. Item ratione pietatis, ut liberi contra parentes. aut ratione obsequij, ut libertus contra patronum, aut domestica affectione, ut domestici & familiares. ut ff. eod. l. parentes. C. eo. l. libertorum. aut ratione priuatae utilitatis. ut eo. l. nullus in re.

Aut qui in alio iudicio criminali secundum quosdam, uel etiam ciuili secundum alios, in eundem reum testimonium dixerit. ut ff. eod. l. produci. Nam in eod. ciuili negocio bis aut ter contra eundem testis produci potest. idem ut ff. de quaestionib. l. repeti. Aut ratione aduocationis, siue executionis: ut aduocati in causa cui patrocinantur, executores in causa quam exequuntur. ut ff. eod. l. ultima.

Aut propter inimicitias capitales. Et quidam iudicis officio prohibentur, propter amicitias non capitales, propter paupertatem, culpabilem uitam, ignobilitatem, praemeditationem sermonis. ut ff. eod. l. testium. Obiectu uero criminis pro quo non est condemnatus testis, secundum leges repelli non potest, licet se

cun-



cundum canones contrarium uideatur obtentum, ut in decretis, Alex. iij. Sed Lucius Papa scribens contrarium, consentit legibus. Sed nec eum repelles contra te, quem semel produxisti pro te, ut C. eod. ff. si quis te. Si autem odiosus testis dicatur, & causa criminis cœpta prius erat, prius finiatur quàm recipiatur testis. Si uero aliter odiosus, aut pro pecuniaria controuersia dicatur odiosus, recipiatur, iudice autem in fine disputationis æstimatore an eius testimonio credendum sit, ut C. eod. l. si testis odiosus.

DE IURAMENTIS TESTIUM, Cap. XII.

**I**Vrare autem debent testes, priusquàm testimonium perhibeant, ut C. de testibus. l. iusiurandi. Iurare autem debent eo præsentem, contra quem producuntur, uel eo à iudice citato, sicquæ contumaciter absente, ut perinde ualeat eorū testimonium ac si parte præsentem dictū fuisset, ut in authen. de testibus. §. & hoc uero, Iudice quoque discernente occasionem

nem testium alibi degentium, ad iudices eorundem locorum litigatores, uel eorum procuratores dirigi possunt, ut coram ipsis iudicibus attestationes utriusque partis recipiantur, et iudici coram quo facta est litis contestatio, signis ipsorum iudicum incluse destinantur, siue per ipsos qui testes produxerunt, siue per eorum aduersarios: et hoc quidem in ciuilibus negotiis obtinet. Ceterum hoc in criminalibus non admittitur, sed opus est testium presentia, ut in authen. de testib. l. Et quoniam. Iurare praeterea debent prorsus ita esse, id est, se uidisse & audisse, & sub presentia sua quidem factum fuisse. ut C. de testibus. l. testium. Et licet in contractibus, uel quasi, non generaliter testes oporteat acciri: quinimo ad fidem rei gestae faciendam non rogatus testis sufficiat, nisi tamen soluerit debitum scriptis contractum, opus est quinque testibus. ad hoc rogatis: totidem desiderantur in confessione creditoris dicentis sibi pecuniam solutam, uel debitoris profitentis se se debitam. ut in authen. de testibus. l. iij.

Sicq;

Sicq; in his duobus casibus sufficit solus auditus, idemq; alijs duobus reperitur: uerbi gratia, cum testator non uult quem ex testibus audire in testamento comprehensum. ut C. de testamentis. l. hae consultissima. Itemq; cum contenditur an opus factum sit, sufficit memoria auditus facti operis, licet factum non uiderint. ut ff. de aqua pluuiali arcenda. l. idem Labeo. Sed & in causa matrimonij sufficit testimonium de auditu. ut c. xxxv. q. iij. de parentela. In omni autem iudicio ubi maior numerus testium non exigitur, duo testes sufficiunt. Neque enim unus testis admittitur, quanta libet praefulgeat dignitate, licet unus ad praesumptionem sufficere uideatur. ut C. de iureiurando. l. si duo. Quaedam tamen lex dicere uidetur, pro unico teste productio quaestioni locum non esse, ut nihilominus quamuis unus testis adsit, a quaestionibus sumptum sit initiu: quod contra leges esse manifestum est. ut C. de quaest. l. maritus. Si ergo ad hoc non proficit unus testis, ad quid aliud proficiet?

ciet: Nunquid ad hoc, ut probationum inopia uersante à iudice sacramenti fiat delatio: hæc omnia in quæstione relinquo. Illud uero transeundum non est, quod testes, de quorum opinione et moribus dubitatur, iudicem de his instruere debent, sicq; de facto suo respondere. Alioquin sicut & ignoti, tormentis subiicientur: hocq; satis uerissimiliter colligitur in authen. de testibus. l. iij. in fine.

Possunt autem ab eadem parte semel & secundo & tertio testes produci: quarto quoq; iure desideratur testium productio, si neq; renunciauerit productioni testium, neq; testificata didicerit, sacramento tamē ab eo primitus dādo, quod nec ipse perscrutatus est attestationses, neq; aliquis aduocatorum eius, aut pro eo agens, neq; per dolum aut per partē aliquam quartam peti productionem. Si uero facta renunciatione didicerit testificata, quia non aliter publicantur attestationses nisi prius facta renunciatione, de cætero productionem testium nō desiderabit. Quod solū obtinet, si tertio

produxerit, sed etiã semel & secundo, & ita præmissa renunciatiõe testificata dicerit. et hoc ideo quia præsumitur hic desiderare causa adiñciendi aliquid testificatis uel emẽdandi, non ad id corroborandũ quòd ad testib. suis fuerit propositũ, uel id infirmandũ quòd ab aduersẽ partis testibus propositũ fuerit, ut in authẽ. de testibus. l. quia uero. §. quomodo. in fin. Licitum autem est parti, uel eius aduocato interesse, ubi testes aduersa partis suum perhibent testimonium, & eorum attestations audire, nec ea ratione impeditur producere testes, quæ innuunt uerba eiusdem authenticæ. Quidam tamen interesse perenniter utrunq; debere dicunt, occasione legum quarundam, ut C. de fide instrumentorum. l. iudices.

DE FIDE INSTRUMENTO  
rum, Cap. XIII.

**I**N exercendis litibus parem uim obtinent fides instrumentorum, & depositiones testium. Sed hoc ita, si instrumenta sunt publica per manũ tabelionis

lionis confecta. Idem, si sint publica coram iudice confecta, quæ acta siue gesta dicuntur: hæc enim sufficiunt. Nam & attestationes signo authentico iudicis coram quo sunt receptæ, inclusæ ualent, causa quoquo modo ad alium iudicem delata: quinimo testationes coram arbitrio factæ, recipiuntur coram ordinario, cum causa non est finita coram arbitro, ut C. de testibus. l. ultima. Apochæ quoque, in quibus creditor confitetur se totum partem uel debiti recepisse, danturque à creditore, debitori sufficiunt. similiter & antipochæ, quas conscribunt debitores, confitentes se soluisse partem debiti uel usuras: & hæc dantur creditori, ut si quando debitori uelit dicere, non esse debitum, uel contra se prescriptione tueri, ex ipsa scriptura possit conueniri. Nam partis debiti, uel usurarum solutio, temporis facit interruptionem, ut C. de fide instrumentorū. l. plures. Ideo autem sufficiunt hæc instrumenta, licet priuata sint, quia in propriū præiudiciū sunt emissa, quinimo omnia instrumenta in propriū

um aliquorum præiudicium emissa, tamen illorum authenticis signis in nexa hodierno & solenni usu sufficere uidentur. Instrumenta uero diuersa sibi per contrarietatem fidem derogantia nihil firmitatis obtinent, cum ab eadē parte proferruntur, ut C. de fide instrumentorum. l. diuersæ. Licet secus sit in testibus sibi contrarijs ab eadem parte productis. Nam hoc casu his qui ueraciora dixerint, fides adhibetur. Vt in authen. de testibus. l. si testes. Is autem contra quem producit instrumentum falsum, si hoc elegerit, si tamen appareat in prima figura: porro si non appareat in prima figura, cum sit iudici suspectum, probandum est quod sit uerum. Licet uero à producente instrumentum fides sit imposita, aduersario tamen de calumnia iuranti, et dicenti quod probabit esse falsum, erit exhibendum, nisi iurare uelit quod exhibere non possit. Tūc enim à necessitate exhibitionis relaxabitur, charta quæ uera habebitur. Quid ergo si testes habeat, qui instrumentum

lege.

legerint, qui iurent quod aliud instru-  
 mento cōtinebatur, quàm sit iudici sua-  
 sum, aut quod alio modo negocium  
 intercesserit? Fortè audientur. Sic que  
 adhuc † facultatis quæstio uentilabitur.  
 Hæc autem facultas ei permittatur, do-  
 nec causa apud iudicem uentiletur. Cæ-  
 terum posteaquam finem acceperit, hoc  
 licitum non erit. ut C. de probationi-  
 bus. l. ultima. §. cum quis. Si uero à  
 quoquam mota sit, & is destitit, sicq; in-  
 strumento acquieuit, postmodum sen-  
 tentia uel transactione finita, occasione  
 falsi non retractatur, ut C. si ex falsis in-  
 strumentis. l. i. & ad l. Cornel. de falsis.  
 l. ipse. Is autem, contra quem propo-  
 nitur actio falsi, si suam innocentiam  
 probat, eumq; à quo accepit literas, ex-  
 hibeat, se liberat. ut C. ad l. Cornel. de  
 fals. l. maiorem. Qui uero ex instru-  
 mento conuenitur, non ex indice, id est  
 exemplo, sed ex authentico, id est, origi-  
 nali erit conueniendus, ut C. de proba-  
 tionib. l. secunda.

† Aliàs fal-  
 sitatis



**R**Ei autem nō minus quā actores  
uarijs modis ad partium suarum af-  
sertionem procedunt. Aut enim excipi-  
unt, aut dilationem petunt, aut compen-  
sant, aut solutum contendunt, aut debi-  
tum cōfitentur. Et quidem uarijs mo-  
dis excipiūt, ideoq; de exceptionib. pri-  
us in genere dispiciamus, deinde quan-  
ta possumus breuitate consequenter de  
his exceptionibus, quarum frequentior  
usus in iudicio reperitur. Exceptionum  
itaq; aliæ sunt temporales & dilatoriæ,  
aliæ perpetuæ & peremptoriæ. Tem-  
porales & dilatoriæ sunt, ut pacti con-  
uenti, temporalis & fori, & similes: per-  
petuæ & peremptoriæ sunt, ut pacti cō-  
uenti perpetui, transactionis, iurisiuran-  
di, rei iudicatę, doli mali & metus. Ideo-  
que dicuntur tēporales et dilatorię, quia  
ad tempus obsunt, & causam differunt.  
Perpetuæ & perēptoriæ ideo, quod per  
petuo omnibus obstant, & causam peri-  
munt. Perpetua quoq; & peremptoria  
qua-

quacunq; parte litis opponitur, siue ab initio sit cōtestata, siue non. Quia enim uires totius negotij perimit, recte quacū que parte litis obijcitur & probatur, dū tamen ante sententiam dilatoriæ exceptiones, quæ ex causa opponuntur, ut pacti conuenti temporalis, ab initio sunt opponendæ, sed demum fundata intentione probandæ sunt. Sed hoc ita, si de ipsa intentione dubitet reus: quod si de ipso confiteatur, ab initio obijcienda & probanda, ut C. de exceptionibus. l. siquidem. Non tamen minus per eandem legem dicimus, cum debitum confitetur reus, sed actione perpetua se munitum asserit, de exceptione solummodo esse agendum, posteq; fieri talis exceptionis ab initio contestationem. Sed demum fundata intentione, ad ipsius assertionē procedendum, si de ipsa intentione dubitetur. Quæ enim quacunq; parte negotij proponitur, merito potest et ab initio obijci, fundanda demum cum actor suam impleuerit intentionem, ut C. de exceptionib. l. præscriptionē. Exceptio

uero dilatoria, qua ex persona rei obijcitur, ut fori, et quia legatus dicitur, ab initio opponenda est et probanda, ut C. de exceptionibus. l. ult. Cum autem ex parte actoris obijcitur, distinguitur an affirmatiuè, uel negatiuè proponatur. Nam si negatiuè, lis prior ulterius non procedit: nisi is qui agit, contrarium probare uoluerit. ut si dicatur procurator non esse, uel non habere mandatum, exceptio ab initio est opponenda, quo ad hoc ut caueat, uel probet mandatum. Porro post litem contestatam rite obijcitur, si is qui conuenitur, probare uoluerit, eum qui conuenit falsum procuratorem, quo probato forte & post sententiam nec controuersiae ullæ, nec iudicium ullum dicitur, ut C. de procuratoribus. l. licet. Hoc autem ideo, quia hæc exceptio ad id obiecta est, quasi peremptoria, imò forte plusquam peremptoria est. Si uero affirmatiuè ex parte actoris obijcitur, utpote quia miles dicitur, ideoq; à procuratore repellendus, ab initio opponenda & probanda est. Ex præmissis

missis itaque patet, quod licet ex ordine uerum sit, ad probationem compellendum eum qui excipit, cum & agere uideatur: hoc tamen ita intelligi debere, si affirmatiuè excipitur. Nam si negatiuè, puta quod non est numeratum, nec est agenti mandatum, nec est honorū possessio data, probationis molestia in agētem dirigitur. Omnem autem exceptionem rei cohærentem, quæ principali reo datur integro manente statu, ad intercessores etiam inuito reo extendi constat. ut C. de excep. l. defensores. Personæ namq; cohærentes, utpote † socer † Aliàs socio, marito, patrono, donatori, ne conueniatur, nisi quatenus facere possunt, intercessoribus non competunt: hi enim in solidum conueniuntur. ut C. de re iudi. l. sunt qui. Ideo autem diximus, integro manente statu, quia siue status personæ sit mutatus, ipso scilicet deportato, siue rerum, ut cum bonis cessit, licet ipse exceptionem habeat, fideiussores non liberantur. ut C. de fideiussorib. l. i. Nihil autem prohibet pluribus exceptioni

bus uti, licetq; defecerit in una, non tamen eo minus admittetur ad assertionē sequentium. ut ff. de exception. l. nemo. Nec mirum, si se negans debere, de hoc postea conuictus, alia conuentione utatur: nisi lex impedimēto sit. ut ff. de reg. iuris. l. nemo ex his. Nam lex quandoque impedit, ne alia defensione utatur in pœnam inficiationis. ut ff. de noxali actione. l. quoties. §. penult.

DE PACTI EXCEPTIO-  
ne, Cap. XV.

**E**st autē notissima exceptionis species, exceptio pacti. Pactum uero est duorum consensus, uel plurium in idem dandum uel faciendum inuicem, id est alteri ab altero. Pacta quæ contra leges & bonos mores fiunt, nullius esse momenti explorati iuris. ut C. eod. l. pacta. Pacta enim quæ turpem causam continent, non sunt obseruanda: ueluti si paciscar, ne furti agam, uel iniuriarum, si feceris. Expedi enim timere furti uel iniuriarum pœnam si feceris. Sed  
post

post commissā pacisci possumus. Item ne experiar interdictio unde uī, quatenus publicam causam contingit, pacisci non possumus. Et in summa, si pactum conuentū à re priuata remotum sit, non est seruandum. Ante omnia enim animaduertendū est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona in alia re alij ue personæ noceat. Et quidem contra leges facta pacta non ualent, si fuerint principalia. Venditio enim morbosorum animalium, intercessio mulieris contra Velleianum inualida sunt. Excipiuntur enim mulier, morbose animalis emptor, si cōueniantur: quinimo postremus emptor repetit precium si redhibet: mulier quoq; sine iudice ex intercessione soluens repetit. Sequentia uero pacta de renunciando facta ualent: quamuis enim Senat. Con. Velleianum ædilitiū edictum prohibeant, prima pacta, id est morbose animalia uendi, mulierē intercedentem admitti, non tamē prohibent hos iuri suo renunciare: imò licet cuiq; renunciare his quæ pro se prodita sunt,  
 ut ff.

ut ff. eo. pacisci. C. quando mulieres officio tutelae funguntur. l. ult. His itaq; modis ex causa pacta fuerint inutilia. Ex causa quoq; fuerint pacta inutilia propter naturam: ut si quis stipuletur hominem immortalem, non tantum paciscens fuerint pacta inutilia, sed etiam propter rem, ut si quis stipuletur liberum hominem. Item propter utrumq; ut si pupillus ex mutui causa numeret pecuniam alienam, ut ff. si certum petatur. l. non omittis. §. si pupillus. Ex his itaq; causis pacta inutilia efficiuntur. Vtilium uero pactorum alia sunt nuda, quae exceptionem pariunt, & ad actionem non profunt, nisi casus aliud inducat, ut in constituta persona, (alias pecunia) & in donatione. ut C. de donatione, si quis argentum. Alia sunt adminiculo munita. Et haec quidem pacta varijs modis munitur. Adminiculo aut rei, ut in mutuo: aut uerborum, ut in stipulatione: aut literarum, ut in chirographo: aut consensu formato, & in nomen speciale transeunte, ut in emptione & uenditione: aut  
 datione

datiōne uel factō: uel in nominatis contractibus, scilicet, do ut des, uel ut facias, uel facio ut facias, appellatio (aliās appositio) quoq; pacti in continenti. In contractibus id pactum facit non nudum, quod aliās nudum esset. Pactorum itaq; utilium uariū est effectus: aut enim actiones informāt, aut actiones perimūt, aut actiones elidunt. Ut pacta quæ fiūt ad exceptionem, aut adiuuant, ut quæ fiunt ad replicationem: aut perimunt, ut actiones turpes, & ex consensu proficiscentes re integra, pariunt ergo nouas actiones præscriptis uerbis, informant ueteres tam in contractibus bonæ fidei. ut C. de pactis. l. iurisdictionum. quā secundum ferē omnium opinionem in contractib. stricti iuris, si fuerint in continenti apposita pacta, ut ff. si certum petatur. l. lecta est.

DE TRANSACTIONIBUS,  
Cap. XVI.

**T**Ransactionis quoq; exceptio quedam notabilia continet, de quibus uidea-



uideamus. Est autem transactio de re dubia & lite inita, decisio, non gratuita, id est, aliquo dato, uel promisso, uel retento. ut C. de transactionibus. l. transactio. Quandoque tamen, ubi nihil datur interpositum (alias in potestate) dari intelligimus, ut ualeat transactio: ut in duobus institutis, & inuicem instituere rogatis transigentibus. ut C. de transactionibus. l. de fideicom. Is uero proprie transigere dicitur, qui agit, & ab actione transit: ei autem transigi dicitur, a quo petitur, licet abusiua uocabulorum permixtio reperiat, ut C. de transact. l. ij. Transigere autem licet de quaestione ciuili, sed de crimine priuato, de publico quoque quod poenam sanguinis irrogat, praeterquam de adulterio: licet hoc per authenticam correctum uideatur, ut in authenticeat mater. §. quia uero. Ita de publico quod uitam non adimit, minime, nisi de crimine falsi. ut C. de transactionibus. l. transigere. Hoc tamen quandoque uitam adimit, ut falsae monetae. ut C. de falsa moneta. l. quoniam. Ante  
senten-

sententiam transigere licet. Nam de re iudicata transactio facta non ualet, nisi negetur iudicatum. ut C. de transactio- nibus. l. post rem. Idem est si ignoretur iudicatum, uel appellatum est, uel ap- pellari possit. ut C. de transact. l. & post rem. Idem quoque est, si causa restitutio- nis pendeat. ut C. de transactioibus. l. si causa. In transactioibus uero quan- doque, utpote si ex instrumentis transi- gitur, inest tacita conditio, scilicet si ue- ra sint instrumenta. ut C. de transactio- nibus. l. si ex falsis. Rescinditur itaque sic inita transactio ex falsis instrumen- tis, etiam si sacramento sit corroborata, per eum contra quem producta sunt in- strumenta. Legitima uero transactio- nis effectus hic est, ut ei qui conuenitur exceptione pariat, si pacto paret. & hoc ita, si transactum est: forte idem est si non sit transactum, sed de transigendo con- uenerit. ut C. de pactis. l. si intra. Si uero pacto non paret, & actio uiuit, reditur ad eam, si excipiat de dolo, uel in factum re- plicatur: ut sic aduersarius ad obsequium placet.

placitorum urgeatur. ut C. de trāfactio.  
l. siue apud. Si tamen per acceptilatio-  
nem extincta est, de dolo agitur, nisi bi-  
ennium excefferit, si tamen bienniū su-  
perfit: sed propter odium sublata actio,  
quantum ad hæredes sit, uel sublata cen-  
setur, uel inefficax est. Quia cum effe-  
ctū obstat exceptio, quia factū est quod  
factum conuenit, id est res tradita, quæ  
postmodum sit euicta, pro qua transigi-  
tur actio præscriptis uerbis in defectū,  
uel nascitur, uel ab imperatore datur. ut  
C. de transact. l. cum mota. & l. si pro-  
fundo. Re enim euicta pro qua transigi-  
tur, præscriptis uerbis pro euictione agi  
licet. Re euicta super qua transigitur, a-  
ctio non datur, ut in eadem lege. Si quis  
autem maior annis xxv. aduersus pacta  
uel transactiones, quas inuocato omni-  
potentis nomine nullo cogente sacra-  
menti religione solidauerit, ueniendum  
putauerit, uel interpellando iudices, uel  
supplicando potentioribus, non solum  
notatur infamia, uerum actione priua-  
tur, et poena restituta, qua pactis proba-  
tur,

tur, infecta re careat, de qua lis est, & e-  
molumēto, quod ex eo pacto cōsecutus  
est priuetur, his omnibus ad eum deuol-  
uendis, qui iura pacti intemerata serua-  
uit, ut C. de transacti. l. si quis maior.

## DE IUREIURANDO.

## Caput XVII.

**M**Aximum quoque remedium di-  
rimendarum litium est iusiuran-  
dum. ut C. de iureiurando. l. i. maxi-  
mum. Præstito enim sacramento ab o-  
mni controuersa disceditur, cum & reo  
iuranti perpetuam pariat exceptionem.  
ut C. de iureiurando. l. antepenultima.  
Refert autem iusiurandum dominus ha-  
bens rerum administrationem, tutor  
quoque & curator, & œconomus. Procu-  
rator etiam in casibus, utpote si manda-  
tum id ei specialiter sit, si generale & libe-  
rum habeat mandatum, si in rem suam  
factus sit procurator, ut C. eod. l. pupil-  
lus. & §. si. & §. pro. Iuratur de factio for-  
te & de iure, ut si ita deferatur: si iuraue-  
ris te obligari non posse, quia tutoris au-  
thoritas

thoritas non interuenerit, prout sonare  
 uidetur. ut ff. l. ult. §. creditore. Est autē  
 iusiurandum aliud uoluntariū, siue con-  
 uentionale, quod pars parti extra iudici-  
 um ex conuentione defert. Ex huius-  
 modi iusiurandi delatione nemo astringitur  
 uel soluere, uel subire iusiurandū,  
 uel referre. Nihil enim necessitatis ha-  
 bet. Aliud uero dicitur necessariū, quod  
 parti à parte defertur in iudicio, iudice  
 tamē approbāte. Ideo autem sic dicitur,  
 quia necesse habet is cui defertur, uel iu-  
 rare, uel referre, uel soluere. Sed & recu-  
 sare permittitur, quod est quartū reme-  
 dium à Iustiniāno introductū, si tamen  
 recuset, quare recuset ac testetur & assi-  
 gnet. Alioqui iudex si uiderit recusa-  
 tum sacramentum esse praestandum, sic  
 causam definiat, quasi ipse detulisset,  
 nec relatū subiisset, condemnato tamen  
 non denegando prouocationis auxiliū.  
 ut C. eod. l. generalit. r. Hoc iusiuran-  
 dum, sicut nec conuentionale praetextu  
 periurij etiam postea nouis instrumētis  
 repertis non retractatur. ut C. de iureiu-  
 rando.

rando. l. i. Excipitur, nisi quis non appa-  
 rente testamento iurauerit sibi debere le-  
 gatum. Quo casu postea prolato instru-  
 mento, si manifestum sit, uel ei penitus  
 relictum & legatum auferetur, ne ex suo  
 periurio lucrum consequatur. ut C. de  
 iureiurando. l. ultima. Hoc sacramento  
 necessario ex ordine refertur, præterquã  
 in amotione et furto, & consimilibus: in  
 quibus si deferatur nõ esse amotum uel  
 surreptum, delatio admittitur. Licet rela-  
 tio minime, si referatur uel surreptum,  
 ut C. eod. l. Marcellus. §. qui rerũ. & C.  
 de iniurijs. l. Cornelia. §. hac lege. Ex  
 hoc sacramento, sicut ex priori, et excep-  
 tio datur, & actio nascitur. ut C. de iure-  
 iur. l. ult. Ea quidem actio competit in  
 factum, si forma non adiecta iuratum  
 sit. Si uero forma adiecta, secundum ge-  
 nus negocij utilis actio tribuitur. ut C.  
 de iureiuran. l. sed & si. Est tertium iusiur-  
 randũ iudiciale, quod mero iudicis offi-  
 cio interponitur. Hoc iusiurandũ tracta-  
 tur occasione instrumentorũ postea re-  
 pertorũ, ut C. de iureiu. l. admonendi.

Ex hoc iure iurando actio non nascitur, sed expectatur iudicis sententia. In contractibus quoque bonæ fidei, & stricti iuris, nec non in maleficijs & cæteris causis inopia probationis emergente, per iudicem rem iure iurando decidi oportet causa cognita. In causæ autem cognitione uertitur, ut interdum actori, interdum reo deferatur. Si enim nulla subest probatio, uel præsumptio legitima, cui iudex æstimauerit credi oportere, reo sacramento delato & præstito uel remisso, absolutio sequitur. ut C. eod. l. prator. & l. in compunctione. Interdum tamen iusiurandum actori deferretur causa cognita, scilicet tum propter præsumptionem, si æstimauerit iudex ei credi oportere, ut in authent. de fide instrument. Si uero. Tum propter fugam rei, ut in authent. de exhibend. & introdu. reis. §. Si uero. & colla. Super hoc. Tum quia reus non fecit quod facere debuit, id est, procuratorem non constituit, ut in authent. de colla. §. si quis autem. Tum propter uim eius qui conuenitur, ut ff. de uir arma. l. si quan-

si quando. Tum propter honestatem personæ, præsertim si res uel summa petita, modica sit. ut ff. de re militari. l. Barbaris. & de legitima tutela l. legitimos. Tū propter munus, quod euitare quis conatur: & utilitatē aduersarij, ut in authen. de ijs qui se oblig. Reipubl. contendunt. l. ut non. Tum propter abnegationē, ut in authen. de trien. et semiss. §. studium. Desideranti quoq; restitutionem expensarum, sicq; in hoc actore constituto sæpe ob inopiam probationum defertur sacramētum. Hocq; accidit uel propter diligentiam, ut C. de bonis authoritate iudicis possessis. l. ult. Vel propter improbitatem aduersariorū temere litigantium. ut C. de iudicijs. l. properandum. §. siue. Vel propter eorundem absentiam. ut in eadem l. §. sin autem. Vel propter beneficium actoris impetratum, & negligentiam rei. ut C. de iure dominij. l. penult. §. sin autem.

DE EXCEPTIONE REI IUDICATÆ, Cap. XVIII.

q 3 Rei



**R**Ei iudicatę exceptio frequenter in iudicijs obijcitur. Obstat autem exceptio rei iudicatę, quoties eadē quęstio inter easdem personas reuocatur. ut ff. de exceptionibus rei iudicatę. l. iij. Eandem quęstionem facit eadem conditio personarum & origo, siue causa petitionis illius quę prius petita erat, siue sit corpus, siue quantitas, siue ius quod petitum est. ut ff. co. l. si mater. §. eandē. & l. cum quęritur. Et quidem conditio personarum spectatur. Ei namq; contra quem iudicatū est, si hęres existat, ei contra quem non est pronunciatum agenti ex causa hęreditaria, non obijcitur exceptio rei iudicatę. ut ff. de exceptio. & pre iudicijs. l. res. Origō uero siue causa petitionis ad hoc inspicitur, quia si ex una causa petiero, & uictus fuero: deinde ex noua causa mihi dominium tribuente petiero, non obstabit exceptio. ut ff. eod. l. si mater. Idem est, si ex alia causa non noua nunc peto, cum prius quadam expressa petieram: quia ea sola causa, quę expressa est, in iudicium deducta ui-

sta uidetur. Si uero nulla causa expressa rem petiero, rursus ex quacunque causa petiero non noua, petenti obstabit exceptio. In reali enim actione non est causa, qua res sit mea, quæ in petitione non comprehendatur, cum causa non expressa repetitur: quia non ex pluribus causis res nostra esse potest. Ex pluribus autem causis † personaliter quis obligari nobis potest. Ideoque ex una causa petitio facta, alteram non tollit, ut ff. eodem. l. & an. §. exactiones. Inspicitur quoque an eadem res petatur. Cæteris concurrentibus obstabit petitio. ut ff. eodem. l. & an. §. idem. Quinimo si toto petito pars petatur, obstabit exceptio: quia in toto pars est. ut l. si quis. Obstat itaque exceptio, si inter easdem personas eadem quaestio reuocetur, & hoc siue eadem sint ueræ, siue per interpretationem: ut tutor, curator, actor. Municipij procuratori quoque nomine alterius agentis obijcitur exceptio. ut ff. eodem. l. iij. rei iudicatae. Res uero inter alios acta, alijs suo nomine agentibus non

† Alijs probabiliter

præiudicat. Aliquando tamen alijs sibi  
 entis, & prohibere ualentis, & non prohi-  
 bentis, sententia nocet: ut si is cui princi-  
 paliter datur actio, uel defensio, alijs cui  
 datur secundario, patiatur causam age-  
 re, uel defendere, ut debitor creditorem,  
 emptor uenditorem, emphiteota pro-  
 prietarium, uasallus dominum, ut ff. de  
 re iudicata. l. penultima. Item uictoria  
 unius ex socijs fundi communis, cui ser-  
 uitus debetur, prodest alteri etiam ad ex-  
 ceptionem, licet amissio non præiudicet.  
 ut ff. eo. l. si seruus. §. si fundus. Sic etiam  
 accusati de adulterio commissio cum uxore  
 alterius, absolutio prodest uxori, quã-  
 diu nupta est eius condemnatio non no-  
 cet, ut ff. de adult. l. denunciaffe. §. que-  
 ritur. Ex duobus quoque tutoribus con-  
 demnatis qui gesserant, unius appellan-  
 tis in iudicio appellationis uictoria alte-  
 ri proderit. C. si unus ex pluribus appel-  
 lauerit. l. si iudici.

DE EXCEPTIONE DOLI

Et metus, Cap. XIX,

Ex-

**E**Xceptionum præterea doli mali et metus usus frequens est. Ei autem competit exceptio doli, qui per dolum est obligatus. Itaque si eum convenisset quem sub conditione obligari per dolum alter quia pure est obligatus, doli mali obstabit exceptio, ut ff. de verbo obligat. l. si quis. Siue dolus dedit causam contractui, siue non, in contractibus scilicet stricti iuris. In contractibus vero bonæ fidei, si dat causam contractui, contractus nullus est. Ideoque ex eo non agitur, nec opus est exceptione. Quinimo qui sine causa stipulatus est, licet eo tempore nihil dolo malo fecisset, si tamen ex ea stipulatione petat, tunc dolo malo facere intelligitur. Ideoque obstat exceptio, ut ff. eo. l. ij. §. circa. Dolo etiam facit, qui sciens petit, quod statim redditurus est: ideo obstabit exceptio doli, ff. de dolo. l. dolo facit. Quod locum non habet in possessorio iudicio, in quo iure peto, quod restitutus sum. Ut in quorum legatorum interdicto dicitur, ut ff. quorum legatorum. l. hoc interdictum. Quando

que etiam non factum, sed silentium doli, inducit doli exceptionem. Si enim cum creditores hæreditarij mandassent hæredi, ut hæreditatem adiret, quam su suspectam putabat: unus ex his dolose non mandasset, ut ita, sed eum in solidũ conueniret mandaturus, aliàs si non foret hic hæres aditurus, si postea in solidum agat creditor, doli mali exceptione repellitur, ut ff. eo. l. apud Celsum. Et ut generalius dicamus, ex omnibus in factum actionibus oritur exceptio doli mali. Dolo enim petit, qui cum qualibet exceptione repellitur, ut ff. eodem. l. apud Celsum. Et ut generalius dicamus, ex omnibus in factum actionibus oritur exceptio doli mali. Dolo enim petit, qui cum qualibet exceptione repellitur, ut ff. eo. l. ij. Namque qui æquitate defensionis infringere actionem potest, doli exceptione tutus est, ut ff. eod. l. apud. §. qui æquitatẽ. Aduersus autem exceptionem doli, non datur replicatio doli: utpote si dolo inductus ab alio, quo ad promittendum, eundem indu-

duxeris ad remittendum . Hic enim ,  
 cum eum repellas doli exceptione , non  
 adiuuatur doli replicatione , quia dolo  
 dolo compensatur , ut ff. eod. l. apud .  
 §. Marcellus . Ex dolo uero tutoris &  
 curatoris , si cum eis collusum non est ,  
 sint que pupillus & pubes ex eo dolo  
 locupletiores , exceptio doli mali obij-  
 citur , ut ff. eod. l. apud . §. illa quaestio .  
 Ex dolo quoque procuratoris tam praeterito  
 quam praesenti obijcitur excep-  
 tio , si tamen sit procurator in rem suam  
 uel generalis . Alias autem ex dolo pro-  
 curatoris simpliciter ad agendum dari  
 commissio post litis contestationem dū-  
 taxat obijcitur exceptio , ut ff. eod. l. a-  
 pud . §. quaesitum est . & l. si procurator .  
 Ut autem haec doli exceptio teneat , ne-  
 cesse est ut actoris , contra quem obijci-  
 tur , dolo probetur . Neque enim sufficit ,  
 si a quocunq; dolo factum id doceatur .  
 ut ff. eo. l. ij. §. idem . Metus uero exce-  
 ptio in rem scripta est . Sufficit enim ad  
 hoc ut obijciatur , si a quocunq; in re ea  
 de qua obijcitur metus causa factum  
 esse

esse probetur, ut ff. eo. l. apud. §. metus causa. Competit autem hæc metus exceptio siue replicatio, ubi quæ metu à quocumque adhibito se obligantem, seu remittentem, seu quid aliud facientem iuris æquitas tuetur.

DE V S U C A P I O N I B V S E T  
præscriptionibus, Cap. XX.

**N**on minus autem quam præmissis exceptionibus, defenditur reus, exceptione usucapionis uel præscriptionis. Est namque præscriptio uera exceptio.

Usucapio quoque licet sit acquisitio dominij, tamē qualē de iure uel facto parit exceptionē, ut C. de iure dominij in rebus. l. in rebus dotalibus. In rebus ad cōplendam usucapionem necessaria sunt, iustus titulus, et bona fides utriusque, tam dantis quam accipientis, in initio possessionis. Necessarium quoque est ut res nō subiaceat uitio, uel quasi, ut si sit uis possessa uel clādestina uel furtiua: nisi prius uitium purgatum, uel præsidij contra legem iur. repetun. donata, si fuerit pupillaris

ris uel fisci. Item exigitur, ut pro suo possideatur, & ut possessio sit continua, id est, non interrupta alio medio tempore in possessione constituto. Item triennium continuum necessarium est, siue id toto usucapionis tempore possederit, siue alius à quo causam habet utatur initio, & illius possessionem sua possessione continuat. Usucapiuntur autem res mobiles, & se mouentes: præscribuntur uero longo tempore res immobiles, scribuntur legitimo tempore res utraq;. Vt autem longi temporis procedat præscriptio, his opus est: bona fides ex parte accipientis, sed hodie etiam ex parte dantis. Nam hodie malæ fidei possessore alienante, cessat longi temporis præscriptio, si uerus dominus ignoret ius suum & alienationem factam. Spectatur ergo triginta annorum defensio. Si uero sciat alienationem esse factam, & putat res ad se pertinere, obstat exceptio decem uel uiginti annorum, si litem non est contestatus infra decennium uel uicennium, ut in authen. §. rursus. In complenda etiam



tiam hac præscriptione titulus exigitur, uel id quod pro titulo habeatur: & ut res non subiaceat uitio, uel quasi uitio, ut sit statuto tempore possessa nulla interruptione facta, id est, decennio inter præsentés, uicennio inter absentes. Si tamen is, cuius res præscribatur quibusdam annis fuit præsens, & in eadem prouincia, quibusdam uero absens, id est in alia prouincia, tū adijciuntur ei tot alij, quot ex decennio fuit absens, ut in Authentic. quod si. Facta autem interruptione ciuili, perpetuatur actio usque ad quadraginta annos, ut Cod. de annali exceptione. l. pecunia. Excepta actione de dolo & rescissoria, ut ff. de emption. l. qui fundum. §. qui bona. Post interruptionem autem naturalem, sufficiunt uiginti anni; si tamen initium secundæ possessionis uitio caruit. Secundæ enim possessionis initium spectamus, ut ff. de usucapionib. l. si is. §. si quis.

Item, licet ciuilis interruptio tantum illis profit, qui interrupperunt: natura-

lis

lis tamen non illis solum, sed omnibus generaliter, ut ff. de usucapion. l. naturaliter. Interrumpitur autem præscripto naturaliter varijs modis, utpote si quis de fundo ui eijciatur, aut res mobilis ui eripiatur: ut ff. de usucapio. l. collateraliter. Item, si furto auferatur, si res possessa derelinquatur, si flumen rem possessam inundauerit: ut ff. de acquirenda possess. l. qui uniuersas. & l. peragre. §. quibus. Possessionem amittimus multis modis, ut si mortuum in locum intulimus quem possidebamus. Namque locum religiosum, aut sacrum non possumus possidere. Et si contempnimus religiosum, & pro priuato eum tenemus, sicut hominem liberum. Item cum prætor idcirco in possessionem ire iussit, quod damni infecti non cauebatur, possessionem amittere Labeo ait. Item quod à mari & flumine occupatum est, possidere nos desinimus. aut si is qui possidet, in possessionem alterius peruenerit.

Item, cum quid mobile est, mul-  
tis

tis modis desinimus possidere. Si autem nolumus, aut seruum manumittimus. Item si quod possidebamus, in aliam speciem translatum sit, ueluti uestimentum ex lana factum. Quibus explicitis, cum de amittenda possessione queratur, multum interesse dicā, per nosmetipsos an per alios possideamus. Nam eius quod corpore nostro tenemus, possessionem amittimus uel animo, uel etiā corpore, si modo eo animo inde progressi fuissimus, ne possideremus. Eius uero quod serui uel coloni corpore possidetur, non aliter amitti possessionem, quā si alius eam ingressus fuisset, eāq; amitti nobis quoq; ignorātibus. Si res medio tempore, ante scilicet completam præscriptionem debitoris uel extranei à creditore sine uitio sit detenta, ut C. de præscript. triginta annorum. l. cum no. §. imò & il lud. Potest etiam appellari naturalis interruptio, quæ fit per interuentum pupillaris ætatis, quo solo casu deducto tempore pupillaris ætatis, possessor utraq; sua tēpora cōiunget, ut C. de præscript. tri.

triginta an. l. sicut. Similiter quoque pluribus modis interrumpitur prescriptio, litis contestatione, conventionem factam per executores. l. prescripta. §. secundam.  
 Cautioem emissionem. ut l. cum no. §. sed &. Fœnoris, uel partis debiti solutione. ut C. eo. l. cum fidem. Querimonia simpliciter coram præside uel episcopo locorum facta, aut si horum copiam non habuerit, sed cum subscriptione tabellarij, aut trium testium si desit tabellarius. Sed sic interrumpitur tantum in quatuor casibus. Sed si absens sit possessor, uel in potestate constitutus, uel labore furore, uel infamia, ut C. de annali except. l. ut perfectius. libelli principij oblatione, & ad reum facta subscriptione: sed hoc in annalibus, & prætorijs tantum actionibus. ut C. quando libellus princ. ob. l. secunda.

## DE DILATIONIBVS,

## Caput XXI.

**S**æpissime quoque in iudicijs dilationes postulantur. Petuntur autem  
 r gratia

gratia testium absentium, siue instrumentorum. Dantur uero, si urgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratae instructionis exegerit: sed sub tali moderamine, ut si ex eadem prouincia testes aut instrumenta desiderentur, tres menses, si ex uicinia, sex menses indulgeantur. Sed ex transmarinis partibus, nouē tribuantur, ut C. eod. l. i. Causa tamen cognita praedictae dilationes minuuntur, ut C. eodem. l. siue. Iure uero authentici dominum in iudicio nominatum, in iudicium deducat, sub aliquo moderamine indulgetur dilatio, ut si quidem sit uicina prouincia, ubi lis agitur, una uel duabus mansionibus in medio constitutis, & ex ea domini deductio desideratur, quatuor menses dantur. Si uero sit maius spacium, sex menses indulgeantur. Si uero ex Palestina, uel gentium longinquarum praedicta petatur dilatio, septem menses custodiantur. Si uero ex Hesperijs aut Septentrionalibus partibus, aut Lybia, tunc tempus à prioribus legumlatoribus determinatum,

natum, id est, nouem mensium sequat̃.  
 ut in authen. ut omnes obediant. Secun-  
 dum hanc formam arbitrantur quidam  
 dandam dilationem producendorũ te-  
 stium absentium, uel instrumentorum  
 gratia. Sicq; per authen. legem corre-  
 ctam: quod utrum uerum sit, sub quæ-  
 stione relinquo. Ei uero, qui te per sacrũ  
 oraculum extraordinariũ uocauerit iu-  
 dicium dilatione denegata, tibi ad argu-  
 enda precum mendacia, & ad proferen-  
 da instrumenta, uel testes, dilatio indul-  
 getur, cum instructus esse non potuisti,  
 qui propter spem ad aliena protraheba-  
 ris iudicia. ut C. eod. si quando. Cum au-  
 tem ad appellationem, siue ad consulta-  
 tionem rescribit imperator, siue priori  
 iudicio sit data, uel non sit data, dilatio  
 amplius non dabit̃ actori: sicut nec cum  
 ipse cognouit, de causa delata ad ipsum  
 per appellationẽ. ut C. eod. l. cũ à nobis.  
 Sed nec in causa adulterij. ut ff. de adult.  
 l. in crimine. In testimonijs præterea ea  
 causa, solũmodo dilatio indulgeat̃ acto-  
 ri, quæ infra restitutionis tẽpus coartat̃,

uacat. Quod si defensio rei dilationis suffragium postulauerit, citra temporis obstaculum tribuatur, quia in eius non fuit arbitrio, quādo lite pulsaretur, quo tempore excedente, id est si forte excedat tempus restitutionis, etiam actor utetur pro inquirendis suis probationibus. ut ff. eod. In ciuilibus uero causis nouerit iudex, non facile amplius quā semel tribuendam dilationem. Planē & in criminalibus accusatori duæ, reo tres causa cognita indulgeantur dilationes. ut ff. eod. l. ult. Iure autem authenticorum post omnes legitimas inducias, altera parte renunciante suis allegationibus, altera non uolente post spacium triginta dierum indultum ad superandam illius maliciā, primo unius, dehinc alterius mensis indulgetur dilatio, ut in authen. Sed hoc iubemus.

## DE COMPENSATIONIBVS,

## Caput XXII.

**C**ompensatio est debiti & crediti inter se contributio, ut ff. eod. l. i. Sæpe autem

pe autem rei in iudicio conuenti, ad cō-  
 pensationis decurrunt ad miniculum.  
 Compensatur debitum, quod utroque  
 iure debitum est: sed & illud quod natu-  
 ra debitum est, si tamen sic debitum est,  
 quod solutum non repetitur, utpote si  
 pacto nudo sit debitum, uel ex testamen-  
 to minus solenni. ut ff. eo. l. etiam quod.  
 In diem uero debitum uel sub cōditionē  
 nō cōpensatur. ut. ff. eod. l. quod in diē.  
 Quod aliq̄ debetur, eo etiam cui debetur  
 nolente, alius non compensat. ut C. eo.  
 Eius. Hoc autem intelligimus, nisi sit  
 alius ille. Idē est, per iuris interpretatio-  
 nem: ut pater, filius, dominus, seruus, so-  
 cius. fideiussor quoq̄ quantum ad hanc  
 causam, idem intelligatur. ut ff. eod. l. v.  
 In rem etiam suam datus procurator, si  
 uice mutua conueniatur, compensabi-  
 tur, licet demum post litem contesta-  
 tam. ut ff. eod. l. in rem. Hodie uero fit  
 ipso iure, si tamen obijciatur, & obiecia  
 non reprobetur, sitq̄ causa liquida, sta-  
 tim nisi post multa certamina sit, etiam  
 si debeat ex causa negocij, siue ex cau-  
 r 3 actioni



sa maleficij ex ordine. Omni namq; a-  
 ctioni obijcitur, præterquã depositi, et uí  
 bonorum raptorũ. ut C. eod. l. ult. In  
 quantitatibus uerò locũ habet cõpen-  
 satio, nec in speciebus, nisi uentum sit ad  
 æstimationem per earum interitum, uel  
 deteriorationem. Illud autem non est in-  
 cognitum, quod si uní petitioni sit desti-  
 nata compensatio, fortẽ pluribus actio-  
 nibus ab iníto propositis, uel una ab ini-  
 tio & altera nondum finito iudicio, cæ-  
 teris illis petitionibus non erit uariando  
 obijcienda. ut ff. eod. l. idem.

DE SOLVTIONIBVS,

Caput XXIII.

**S**Aepe præterea rei in iudicio cõuen-  
 ti, quod petitur, solutũ contendunt,  
 sicq; obligationem ipso iure dissolutam  
 esse. Hoc uero contingit, uel uera facta  
 solutione, uel imaginaria, id est accepti-  
 latione. Vera autem solutio procedit,  
 eo soluente qui debet, & cui debet, &  
 quod debet. Alius tamen pro alio sol-  
 uens, etiã ignorantem & inuitũ liberat.  
 ut ff.

ut ff. eod. soluere. Si uero, cui debetur, est soluendum, etiam reo criminis postulo præterquam læsæ maiestatis. Alio qui plerumq; in fontes fame perirent. ut ff. eod. res. Procuratori tamen recte soluitur, si liberam habeat administrationē & generalem: uel si ei specialiter sit mandatum. Prorsus etiam alij, ut adiecto, recte soluitur, si stipulator uetuerit: ne tamen litem cōtestetur, quia post litis contestationem ei non recte soluitur. ut ff. eod. l. uero. & l. si quis. Tutori quoq; & curatorī, etiam non gerētibus, recte soluitur. ut ff. eodem. l. quod. Litis uero procuratori non recte soluitur, nisi & hoc mandatum contineat, ubi procuratori non recte soluitur. ut ff. eod. l. hoc iure. Pro alio autem soluens, frustra sibi rem pignoratitiā restitui desiderat. Item pecuniā debens, & pecuniā non habens, aliam rem soluens liberatur, nisi creditor maluerit eius rei emptorem præparare idoneum, ut sic ipsa distracta eidem pecuniā soluatur. ut C. eod. l. nisi debitor.

ratione debentí octo marcas argenti,  
non habentí licitū erit, soluere marcā  
auri. In potestate autem est debitoris  
ex pluribus causis, uel una usuraria de-  
bentis in solutione exprimere, in quam  
causam uelit esse solutum. Quod si non  
exprimatur, conuertitur electio ad credi-  
torem, ut scilicet edicat, in quam causam  
uelit accipere, ut sic uel creditori liberū  
sit nō accipere uel debitori nō dare, si lex  
solutionis alteri placita, ab altero nō ad-  
mittat. ut ff. eo. l. i. et iij. §. quoties. Expri-  
mere aut debet dum res agit, in ipsa scili-  
cet solutione, uel antea, uel postea, sed in  
cōtinenti. ut C. de usuris. l. si usuras. Cē-  
terum neutro uoluntatem suam expri-  
mente, à lege disponitur, ut scilicet in du-  
riorem causam accepto feratur. Durior  
autem causa existimatur usuraria, quā  
non usuraria. Item ex qua quis debitor  
est suo nomine, quā alieno, puta fide-  
iussoria. Ex qua quoq; debitor est cum  
satisfactione, quā sine ea. Item quod  
debetur ex famosa causa, durius est. His  
quoq; cessantibus, antiquum debitum  
durius

durius est. ut ff. eodem. Et magis. & l. in his. Si uero ex una causa, sed usuraria debeat, minimi simpliciter soluti in usuras debitas accepto feruntur.

Quod uero residuum erit, sortem extenuabit. Sed si adhuc quid residuum fuerit, in usuras indebitas accepto feratur. ut ff. eod. l. v. §. Imperator. Debitas autem intelligimus usuras, quæ stipulatione debentur: indebitas uero, quæ solo pacto debentur. Si autem in usuras expressim facta sit solutio, & sint usuræ debita, & indebita, quod solutum est æqualiter ad utranque causam spectabit. ut ff. eodem. l. v. §. si imperator.

## DE ACCEPTILATIONIBVS,

## Caput XXIIII.

**A**ceptilatio quoque solutio est, sed imaginaria. Est autem acceptilatio uerborum conceptio, quibus per interrogationem & responsionem, debitoris & creditoris contingit ab eodem nexu liberatio. ut ff. eod. l. sane & sic. Erit uero sic: Habes ne acceptum, quod tibi  
r s debeo?

debeo: Habeo, acceptūq; fero. ut ff. de stipula. l. sane. Accepto fertur obligatio solummodo uerbis tracta. Nempe quæ uerbis obligat, cōtrarijs uerbis dissoluitur, ut ff. de acceptila. l. an inutilis. Illud autē dubiū non est, quod omnes obligationes quoquo modo cōtractæ possunt in Aquilianam stipulationem deduci. Sicq; postmodum per acceptilationem tolli. ut C. de acceptilationibus. l. tertia. per Aquilianam.

## D E C O N F E S S I S,

## Caput XXV.

**N**onnunquam rei in iudicio conuenienti confitentur: & siquidem in iudicio fiat, parit præiudicium. Nam in loco condemnationis est, utpote si confiteatur se certam speciē debere, uel quantitatem. Et datur confessio tempus quadrimestre, & infamia irrogatur, & parit actionem in factum, ac si iudicatum esset, ut ff. ex quibus causis infamia irrogatur. l.

tur. l. athletas. l. si quis. l. & ff. de iud. l. si debitori, quoniam. & l. certum. Si uero confiteatur se deliquisse, uel contraxisse, ut ex eo contractu incerti sit debitor, cōdemnationem inducit. Idem etiam in causa criminali. ut ff. de inter. act. l. de ætate. §. in certo. Qui interrogatus responderit, sic oneretur, quasi ex contractu obligatus: pro quo pulsabitur, dum ab aduersario interrogatur. Sed si à prætore interrogatus fuerit, nihil facit prætoris autoritas, sed ipsius responsum siue mandatum. ff. de custod. reo. si confessus. Et hæc omnia uera sunt, nisi confessio sit exorta per metum, uel per errorem, uel aduersario absente: uel nisi sit contraria iuri, uel naturæ: ueluti si confiteatur se illum occidisse, qui non est occisus. ut ff. de quæstionibus. l. diuus. & l. si quis ultro. & ff. de interrogationib. l. confessus. Si uero extra ius confiteatur, & ad se obligandū, & in ultima uoluntate, statur confessioni, si sit sacramento subnixæ, ut ff. de legatis. iij. Si uero non

ro non fit subnixa, non præiudicat, nisi præsumatur ex ore testantis habere uim fideicommissi. Tunc enim non agetur ex causa debiti, sed fideicommissi, ut ff. de dolo. l. ex hac. & de legatis ij. l. Lucius. Si uero ad liberandum alium à se & in ultima uoluntate confiteatur, præiudicat confessio, ut C. de falsa causa adiecta. l. i. Hæc omnia locum habent, ubi non est facta confessio solennis per scripturam. Si enim solemniter hoc modo confiteatur, nec causa adiiciatur, nō præiudicat confessio. Sed alius si obtinere uoluerit, debitum probare cōpellitur, ut ff. de probat. cum uidebitur. Si uero causa numerationis adiiciatur, non fit præiudicium infra biennium: quia obijciatur exceptio de non numerata pecunia.

Si uero aliam adiiciat causam, & uetustiore, ut depositi, uel uenditionis, uel emptionis, statim sibi præiudicat, nec auditur, nisi probauerit contractum per argumenta scriptis inserta: quia nimis indignum iudicamus, ut quod quisq; sua uoce dilucide protestatus est, id in eundem

dem casum infirmare, ut C. de non nu.  
pe. l. generaliter. & C. de posi. §. ultro. Si  
uero non additur causa uetustior, sed tã  
tum secuta stipulatio fuisse conscriba-  
tur, fit præiudicium, nisi per scripturam  
uel per testes maiores in contrarium pro-  
betur, ut C. de contr. & commit. stip. l.  
optimam. Huius tamẽ legis occasione  
dicunt quidam, & in superiori casu nisi  
uetustior causa additur, probationẽ cõ-  
trarij non solum per alia instrumenta,  
sed per testes admittendam. Hęc omnia  
obtinẽt, si solenniter per scripturam ad  
sui obligationem fiat confessio, ut in do-  
te à marito adiecta post cõfessionem do-  
talium instrumentorum, & in deposito  
suscepto, & in publicis functionibus su-  
sceptis statim facit præiudicium. In  
alijs securitatibus, utpote in apochis su-  
per recepto post triginta dies, ut C. de  
non numerata pecunia in cõtractibus.  
His itaq; iuris solennibus per scripturã  
confessio parit præiudicium. Caterum  
quĩ propriam scripturam qua conuen-  
tionem, uel numerationem inficiatur,  
conuictus



conuictus in duplum condemnatur, nisi si illato sacramento confiteatur. Tunc enim non punitur, nisi circa expensas circa probationes factas actoris sacramento declarandas. At si post numerationis inficiationem pretendant solutionem, omni modo in solidum exigitur: nec prodest iam facta solutio. Econtra si literas suas à reo prolatas actor neget, eadem fit & poenæ & iurisiurandi forma. Hac poena curatorî infligenda, si de suis literis quæstionem referat in causa eius quem curat, ut in authen. de trien. & semis. §. studium.

DE OFFICIO IUDICIS

*post litem contestatam, deq; sententia  
ferenda, Cap. XXVI.*

**P**ost litis autem cōtestationem nec actore rei accusante absentiam, nec econtra negotia protelari contingit.

Alterutra tamen parte cessante causam peragere, iudicis non cessabit officium. Et si quidē actor cessauerit, quatenus reus multiplici dilatione fatigetur,

&

& actoris accuset absentiam, citetur à iudice legitime, scilicet trinīs edictis, decem dierum spacio unicuique edicto, destinato, ut per se ueniat, uel per instructum procuratorem. Si autem nec sic uenerit, iudexque actis apud se confectis inspectis, nil sufficiens de causa actitatum inuenerit, ex quo tunc causæ fieri possit certa coniectura, reum obseruatione iudicij relaxabit, actorem etiam condemnando in omnes expensas, quæ consueto modo circa lites expenduntur, quantitate earum sacramento rei manifestanda, redditis cautionibus iudicio sisti, & iudicatum solui, à reo expositis: quæ etiam si remanserint, uiribus carebunt. Si autem ex gestis apud se habitis iudex sit instructus, ut terminum causæ possit imponere, tunc definitiuam ferat sententiam. Et siquidem reum condemnauerit, cum forte meliorem causam actorem habere perspexerit, expensas, quas reus circa litem se fecisse sacramento declarauerit,

de

de condemnatione declinet, & hoc qui-  
dem in pœnam contumaciæ ipsius acto-  
ris, contra regulam, qua uictus uictori  
in expensis erit condemnandus. Hæc  
uero sententia condemnatio ipsius rei  
absolutionis, instante fine triēnij feren-  
da erit. Id tamen quod dicitur absolutio  
ne rei, siue casu actoris ab instituta actio-  
ne, de q̄ decem dierum spacio unicuiq̄  
edicto destinato, innouationem recipit  
per authen. multa quidem. §. omnem.  
coll. viij. de litig. Actor nāq̄ qui semel  
actionem siue conuentione iudiciaria, si-  
ue principi precibus oblati & iudici in-  
sinuatis, et per eum aduersario cognitis,  
necesse habet usq̄ ad finem litem exer-  
cere. Et si causam prosequi differat, reo  
postulante tribus edictis postuletur per  
interualla triginta dierum. & si uocatus  
litem detreçiat, ei aliud spacium anni in-  
dulgetur. intra quod si cesset, iudex audi-  
re allegationes præsentis, & perquirere  
ueritatem debet, & sic legitimam ferre  
sententiam. Sed nec intra annum ueni-  
ens auditur, nisi prius reo litis expensas  
qua

quas sustinuit referat. His quoque præstis, si interrupto anno litem deserit, ab omni cadat actione. d. authent. omnem. Si autem reus abfuerit, & similis eius processit requisitio, si uenire distulerit auditis allegationibus. præsentis, non differat iudex actorem mittere in possessionem, & absentem constituere petitorum. Sed hoc, si de causa sufficienter actitatum non fuerit. ut C. de iudicijs. properandum. & C. quomodo, & quando iud. l. consentaneum. & C. ubi in rem acti. exer. si quis. Si uero de causa sufficienter sit actitatum, tunc contracto iudex heremoditio, id est, deserto iudicio, et absente legitime uocato, non dubitet proferre sententiam pro absente, si meliorem causam eum prospexerit habere, cum eius absentia terribilibus propositis scriptis repleatur Dei presentia. Quidam tamen simpliciter, & indistincte dicunt: cum reus abfuerit, contrahendum esse heremoditium, secundum ueterum legum auctoritatem, & diffinitiuam sententiam ferendam, et ad effectum producendam ipsius rei & facta

cultatibus et rebus, si pro auctore lata fue-  
 rit sententia. Hanc autem sententiam ui-  
 dentur indicare uerba huius legis: Vete-  
 res leges autem illae reperiuntur. ut ff. de  
 iudicijs. l. iij. in peremptorio. l. post &  
 eo. tit. & l. si praetor. Haec autem omnia  
 intelliguntur, si contumaciter abfuerit, nec  
 reuersus si ex iusta causa abfuisse pro-  
 bauerit. Auditur uero haec probas ut  
 restituatur, ut ff. de minorib. ait praetor.  
 Contumaciter uero absentem in omni casu  
 denegando appellationis remedio, ut C.  
 quorum appellationes non recipiuntur. l.  
 eius. Caeterum si reum legitime citatum abesse  
 contigerit ex necessitate, condemnatus re-  
 stituatur ad totius causae defensionem, ut  
 C. de procuratorib. l. quia. & ff. ex qui-  
 bus causis in integ. l. i. & ij. Si autem  
 sola uoluntate abfuerit indefensus, resti-  
 tuatur ad appellationem, ut C. quomo-  
 do & quando iudex. l. ab. & C. de liberali  
 causa. l. si is. etsi defensus fuerit, et procur-  
 ator non appellauerit, difficile est ut hic  
 reuersus audiatur, ut ff. quando appellat.  
 sit. l. i. & ultima. Huiusmodi autem senten-  
 tia

tia condemnationis rei præsentis actore  
 absente prope finem triennij feratur.  
 Sic & sententia absolutionis rei præsen-  
 tis actore præsentem. In sententia enim  
 absolutionis rei præsentis, & casu acto-  
 ris ab instituta actione, quod idem anni  
 spacium & trium mensium, ut in au-  
 then. superioris scilicet omnem. erit obser-  
 uandum. Ante finem uero triennij alte-  
 rutra parte cessante, in sola expensarum  
 datione et absolutione, ab obseruatione  
 iudicij feratur pœnalis sententia, non  
 autem definitiua condemnationis sen-  
 tentia in absentem. Ex hoc uerbo dice-  
 bat P. contra absentem parte quacunq;  
 triennij posse ferri sententiam. Eodem  
 quoq; modo absentem personæ legitime  
 citatæ reuerenti laudatur copia, nisi prius  
 omnes expensas et omnia damna aduer-  
 sario inflictæ sacramento eius declaran-  
 da restituat, ut C. de iudicij. sancimus.  
 Si uero alterutra parte præsentem, siue utra-  
 que, sententia feratur, uictus uictori cõ-  
 demnetur in expensas, nisi cum uictor  
 per contumaciam abest: quo casu fit de-

ductio, ut supra ostendimus. l. properandum. Si uero de expensis & fructibus in sententia omiserit, eodem die supplere poterit, ut ff. de re iudi. l. Paulus. et C. de fructib. & lit. expen. l. terminato. Sic quoque altera parte praesente, altera uero absente, uel utraque parte praesente, cum satis de causa fuerit actitatum, iudex ueritatem & legum, iusticiaeque sequens uestigia, secundum quod iustum fuerit uisum, pronuntiabit. Id ipsum namque ab initio suo sacramento comprehendit, cum destinati sibi cinguli honorarios percipit codicillos, ut in authen. Sic autem pronuntiabit, ut aliorum uicia non imitetur. Non enim exemplis, sed legibus est iudicandum, ut C. de constitut. l. iij. & ult. Exemplis que rerum perpetuo iudicaturum, ad legum interpretationem, sicut & consuetudinibus, quam exemplis talibus legem interpretantibus iudicamus, ut C. de legibus. & const. nam imperator. & l. quod non ratione. Porro iudex non subitam, sed deliberatione habita post negotij discussio.

sionem, sententiam debet in corde suo  
 formare, formatam scripturæ manda-  
 re, si quid uicij contineat emendare,  
 emendatamq; partibus cominus consti-  
 tutis ore proprio legere & recitare. Et  
 quidem deliberare debet nō aduocatis,  
 sed alijs accitis. Nam et imperator Anto-  
 nius remotis aduocatis deliberauit. ut ff.  
 de his quæ in testa. debentur, proximæ.  
 Lites autem proximæ & maxime utili-  
 um rerum sine scriptura decidi possunt,  
 ut in authent. de mandatis princip. Epi-  
 scopus quoque sine scripto decidere po-  
 test, ut in authent. ut clerici apud pro-  
 prios Episcopos. Rescindere uero &  
 reuocare sententiam suam iudex nō po-  
 test. Reliqua uero quæ ad statutorū con-  
 sequentiam pertinent, si desunt, utpote  
 circa condemnationem expensarum ea  
 die supplere potest, ut ff. de re iud. Pau-  
 lus. Reuocatur tamen quandoq; ex iu-  
 stissima causa, & mirabili dispensatio-  
 ne, utpote si absens legitime uocatus cō-  
 demnetur. Illeq; perseverante figura  
 iudicij remeauerit, & prætorium iudicis  
 s 3 adierit,



adierit, seq̄q̄ audiri postulauerit, ut ff. de  
 restitutionibus. l. Diuus Antoninus.  
 Licet autē iudex, qui semel sententiā tu-  
 lit, postea iudex esse desinit, ut amplius  
 sententiam suam corrigere non possit,  
 tanquam senili officio suo siue bene si-  
 ue male functus: Si tamen multaue-  
 rit, & paupertas condemnati minorem  
 multā irrogari suaserit, sententiā suam  
 corrigere, sicq̄ in melius reformare per-  
 mittitur, ut ff. de officio p̄sidis. illicitas.  
 §. ultimo. Sordibus uero iudex absti-  
 neat. etenim si precio deprauatus, aut  
 gratia, perperam iudicauerit, æstimatio-  
 nis dispendium patietur, et in litis disci-  
 mine erit ei obnoxius, quē sua læsit sen-  
 tentia, ut C. de p̄na iudicis qui male iu-  
 dicauerit. de eo. & l. si filius familiās. ff.  
 de iudicijs. Litigator quoque si iuste sen-  
 tentiæ diffidentia iudici, uel ei qui pro  
 domino litis contra ipsum litigat, dando  
 in pecuniæ corruptelam spem negotij  
 reponit, sententiā iure amittat actionem,  
 ut C. quando prouocare necesse nō est,  
 sicut & lege, Ita tenet itaq̄ sententiā, si  
 lata

lata fuerit, ut ferri debet. Lata quippe sententia contra sacras constitutiones, uel contra rem prius iudicatam, uel contra ordinem iudiciorum, ut si non procuratorem ciuilititer litigantem, sed dominum condemnauit. Velut si peremptorio non misso, tribus uel pronuntiationibus, quæ loco peremptorijs sufficiunt, nisi si constet de contumacia, non tenet. ut C. de sententijs & interloc. l. i. & iij.

QUANDO SENTENTIA NON  
teneat, Cap. XXVII.

**I**tem non tenet sententia, si alio die uel loco, quam statuto, uel minus honesto loco lata sit, nec prouocare necesse est. ut C. cum non eo. quomodo & quando iudex sit, ut C. de senten. & interloc. contra sententiam. Sed nec tenet sententia lata ex falsis attestacionibus, uel falsis instrumentis, de quorum falsitate prius quaesitum non erat. uel lata à corruptis iudicibus, uel per corruptos testes, multo magis si per corruptos & falsos, ut ex falsis instrumentis. l. i. & ij. C. quan-

do prouocare, ne non & uenales. & ff. de re iudicata. Diuus Adrianus. In quibus casibus non tenet sentētia, nec opus est appellatione. Data uero secundū leges transit in auctoritatem rei iudicatæ. Res autem iudicata tunc dicitur, cū nullo iuris remedio potest attentari. Eiusq; est magna authoritas. namq; pro ueritate accipitur, nec facile retractatur, quia nec occasione nouorū instrumentorum postea repertorū nisi ciuilitate agitur, ut C. de re iudic. Sub spe. & ff. de poenis. Diui. Sanē si criminaliter actum fuerit, prætextu nouorū instrumentorū à principe retractatur. ut ff. de poenis. l. Diuus. Retractatur quoq; sentētia lata in publico negotio propter noua instrumēta reperta, sed infra terminū: postea uero nō aliter, nisi præuariatō uel fraus manifesta arguat. ut C. de sentētijs aduersus fiscum latis. l. i. Mandatur quoq; sentētia executioni hoc ordine, quia primo capiunt mobilia, & se mouētia, & per executores uenūdantur, ut uictori satis fiat. Si hæc non inueniunt, uel non sufficiunt, secundo

cūdo capiunt̄ immobilia. His deficiētib. puenit̄ ad iura uel ad nomina, uel ut ipsa uenūdentur, uel per ea id quod debet̄ extinguat̄, siue ab executore, siue à iudice, siue à creditore misso in bonis, quasi possessore. Ita tamē fiat exactio, si is debitor cōuētus debitū nō neget, uel id agat malitiosē, ut ff. de re iudic. à Diuo. §. sic.

## DE APPELLATIONIBVS,

## Caput XXVIII.

**A**Ppellādī usus quān sit frequens, quāmq; necessarius, nemo est qui ignoret, quippe cum iniquitatē iudicantium, & imperitiā corrīgat. Licet nōnunquā sententiās bene latas in peius reformet. non enim melius pronunciat, qui nouissimus sentētiā locutus est. ut ff. de appell. l. i. appellandī. Alio condemnato, is cuius interest, appellare poterit, ut procuratore damnato dominus, ut emptore damnato uenditor, item debitore damnato creditor præsens, hærede condemnato de officioso legatarius, pupillo quoq; uel adulto tutor uel curator,

s s hærede

hærede autem condemnato licet neces-  
 se non habeat, appellare poterit. Pro  
 eo etiã qui ad patibulum ducitur, li-  
 cet inuito consule, auditur quilibet ap-  
 pellans. ut ff. appella. ab execut. & l.  
 à sententia. & l. non tantum. Seruo quo-  
 que criminaliter cõdemnato dominus,  
 uel qui uis pro eo poterit appellare: ipsi  
 tamen seruo iustæ appellationis auxilio  
 non denegando, si dominus uel alius  
 pro eo appellare noluerit, ut ff. de appel-  
 lationib. l. serui. Sed & mater filio con-  
 demnato ex pietate ad appellationẽ ad-  
 mittit, licet ab initio defendere causam  
 non potuit. ut ff. de appell. recipiendis.  
 l. i. Sed & pater filio condemnato, cũ  
 ex libertinitate proclamat, ad ingenuita-  
 tem pater appellare permittitur, ut ff. eo-  
 dem. l. ij. Is itaq; cuius interest, uel cui  
 mandatum est à domino litis, uel qui ne-  
 gocium gerit, quod mox reus ratum ha-  
 bet, audit appellans. Procurator nam-  
 que quia sua litis cõtestatione dominus  
 litis effectus est, procuratorem ad appel-  
 landum cõstituire potest, ut ff. eodem.  
 ab

ab executore. in fi. l. tenet. Ab illa sententia appellari debet, quæ quasi lata cōtra ius litigatoris. Porro si lata est contra res prius iudicatas, à quibus non est pro uocatum, non tenet. Ideoq; appellare non est necesse. l. v. & ij. ff. quæ sententia sine appell. reme. l. i. Idem quoq; erit, si sententia uenalis à corrupto iudice lata fuerit, per corruptos testes, uel contra solitum ordinem iudiciorū: ueluti si nō procurator litigans, sed dominus litis, uel non legitime ætatis damnetur. ut C. quando prouocare non est necesse. l. uenales. Item si non publicè, sed in secreto loco absentibus officialibus pronunciauerit, uel non eo die quo iudex cognitionem causæ delegans præceperit, sed ulteriori prouocatione non est necesse. ut C. de sententijs & interlocutionibus. l. cum sententiam. & C. quando prouo. non est necess. l. cum non.

FINIS SVMMÆ OTHONIS  
de ordine iudiciario.

EPICEDION ILLVSTRISS. PRIN  
cipis ad ducis Brunsvic. Erici Senioris, &c. Ad cla  
riss. uirum Iacobum Reinhartherum Can-  
cellariū D. Iustino Goblero Autore.

**Q**ui gemis integrè luctu percussus acerbo,  
Principis ablati tristia fata tui.  
Desine feruenti tua care Iacobe dolore  
Pectora flebilibus frangere uelle modis.  
Desine continuis Diuos urgere querelis,  
Et petere heu lachrymis numina surda tuis.  
Quæ decreta semel fati sententia firma,  
Mortali nullo stat uiolanda pede.  
E' medio nobis princeps absumptus Ericus,  
Magnanimus frustra fletibus ille iacet.  
Nemo potest usquam fato pugnare superbo,  
Vanus & iste labor, uanus & iste dolor.  
Nil tibi proficiunt lachrymæ, mærorq; dolorq;  
Semper & in gemitus corda soluta pios.  
Pone modum madidis uitæ pertæsus ocellis,  
Nam breue lugendi tempus adesse decet.  
Hæc moneo adflictus quanquam simi' i ipse dolore.  
Atq; graui tecum uulnere læsus eram.  
Sed tamen hæc moneo, lugentemq; æger amicum  
Consolor, misero qua mihi parte licet.  
Nam sumus orbati tanto iam principe, quantum  
Vix similem factis Teuthonus orbis habet.  
Et sumus orbati non principe, sed patre, 'ongam

Qui

Qui patriæ uitam uiuere dignus erat.  
 Pro qua multa tulit, cui plurima contulit, & quam  
 Sæpe sua tutam reddidit ipse manu.  
 Ex patria occubuit, patria qui depulit hostem,  
 Sic nulli certum denotat hora locum.  
 Vix alius patriæ quisquam studiosior auræ,  
 Maiori erga illam seu pietate fuit.  
 Ceu rapiuntur enim diuino numine uates,  
 Laudibus ut miris fortia facta canant,  
 Sic animo illius motus Deus indidit acres,  
 Et sua diuina pectora traxit ope,  
 Imperium ornandi meritis, patriamq; iuuandi,  
 Ac studij ut foret hæc maxima cura sui.  
 Indue iam tellus tristem Brunsvigica uultum,  
 De bene te meritum languida plange Ducem,  
 Cuius tanta quidem tot & immortalia facta  
 Cognita sunt duro tempore sæpe tibi,  
 Cognita sunt Diuo bene quondam Maxmiliano,  
 Cuius non ulla nomina morte cadent.  
 Huius enim semper Mauortia castra secutus  
 Bellica sunt forti signaq; tentâ manu.  
 Quinetiam infesto grauius percussus ab hoste  
 Cæsar, ab illius mox releuatus ope est.  
 Ingenio magnus fuit, & fortissimus idem  
 Bello, consilijs, uiribus, arte ualens.  
 Suscipe nunc iustum regio Brunsvigica luctum,  
 Fleq; decus fati interisse tuum.  
 Nam tibi qui larga tribuit bona plurima mente,



Ac meriti magni contulit omne genus,  
 Heu tibi nunc fato iacet ille extinctus iniquo,  
 Ille decus laudis præsidiumq; tuæ.  
 Ille tuæ portus, defensor, & aura salutis,  
 Omni qui uoluit parte beata fores.  
 Deniq; qui patria dirum compefcuit hostem,  
 Ex patria sic nunc interiturus erat.  
 Heu pia sublata pro funere coniugis uxor,  
 Sustinet in uidua tempora mœsta domo:  
 Heu meritò indulgens lachrymis iustoq; dolori,  
 Diremptos ploras Elisabetha thoros.  
 Nunc repetens tecum dulcis connubia lecti,  
 Tempus & ut fueris iuncta puella seni.  
 Quatuor extincti gratissima dona mariti,  
 Quæ retines gremio pignora cara tuo.  
 Hæc tibi dant largo manantia lumina fletu,  
 Patre quòd illa suo, tu quòd es orba uiro.  
 Heu fuit infelix abeuntis hora, diesq;  
 Heu nunquam reducis fata maligna uiri.  
 Iamq; sedet quantus formosis pallor ocellis  
 Dilecti moerens funera Elyssa patris.  
 Quamlibet ipsa duas solaberis ægra sorores,  
 Quæ plorant lachrymis fata paterna suis.  
 Sed tibi quis gemitus, fletus, suspiria, planctus  
 Leniet, ac teneras siccet Erice genas?  
 Tu quoq; thura dabis fumosis squalidus aris,  
 Et feres ante pios tristia uota deos.  
 Nemo patri quoniam fuerat te carior unquam,

Te quis enim potuit dulcior esse seni  
 Quod meminisse potes uerbi non degener æqui,  
 Tu patris pectus pectoris unus eras.  
 Quare etiam inflicto forsitan tibi morte dolorem  
 Duplicat externo quod iacet ille solo,  
 Quicquid id est iustas quod habet pro funere causas  
 Lugendi, debet non superare modum.  
 Nam suus et tumulis honor est, sua cura, paternis,  
 Quos decet atratis spargere uelle rosis.  
 Ergo dolens coniunx sublato funde marito  
 Funerem cassiam, funereumq; crocum.  
 Filia cum paruis formosa sororibus urnam  
 Sparge, et odoratis floribus ipsa patris.  
 Nec manus umbroso tua inofficiosa sepulchro,  
 Sed pia thurificos fundet Ericæ cados.  
 Et soror et frater generosum Meggeleburgum,  
 Germen non sicco hæc lumine busta uidet.  
 Quin ea congesto florum cohonestat aceruo  
 Funereis nectens myrtea ferta sacris.  
 Turba puellarum, totumq; Gynæcion aule  
 Velatas facies induit, atq; genas.  
 Ad celebre atrati gestant pueriq; feretrum,  
 Ardentes tædas, lumina censa, faces.  
 Vos proceres ueterum qui clara à stirpe parentum  
 Ducitis antiqua nobilitate genus,  
 Publica consilij uestris qui iura tenetis,  
 Corpore præstantes ingenioq; uiri,  
 Soluite pallenti lugubria principis umbra,  
 Debetur

Debetur uestro principe dignus honor.  
 Vos etiam ciues Brunsvigum sumite luctus,  
 Et patriæ mœsto pectore flete patrem.  
 Diues opum, & lato spectanda Hannobria campo  
 Sume querulosos tecta per alta modos.  
 Et tu qui retines ueteris cognomina Batti,  
 Natiuumq; solum triste Neostadium.  
 Dicite lugentes etiam pia murmura Hameli,  
 Quicquid & ad Lenum Distera sylua tenet.  
 Syluatici (quis certa fides in prælia) Rusti  
 Frigida nunc uestri castra dolete Ducis.  
 Arboribus densis, multis quoq; uallibus aucta,  
 Quæq; foues uarias iuga per alta seras.  
 Regia sublimi nunc uenatore Solinga,  
 Orba tuo es, magno magnaq; sylua Duce.  
 Tot lachrymis igitur, quot habes tu in montib. ornos,  
 Conquerere Herois fata, Solinga tui.  
 Proxima fastosæ plorans Vflera Solingæ,  
 Vicina in gemitus fac loca quæq; uoces,  
 Pone tuos cultus felix Gotthinga superbos,  
 Lugubre funereo puluere sparge caput.  
 Vos quoq; Northemij lugubria dicite plebes,  
 Ferali extinctum plangite uoce Ducem.  
 Plena tibi ueniunt hæc tempora Munda dolore,  
 Mœsta tuo ablato principe tota iaces.  
 Quem merito populus nunc omnis deflet ademptum,  
 Seu pia rura colat, mœnia siue colat.  
 Omnis & hunc sexus, funestis, omnis & ætas

Luctibus, & pulla squalida ueste gemit.  
 Hunc cecidisse uiri deficiunt, iuuenesq; senesq;  
 Foemina nupta, puer, casta puella dolet.  
 Omnia sunt largo madidissima pectora fletu,  
 Nemo est qui lachrymas continuisse uelit,  
 Sumite turbatos Brunsvigica flumina cursus,  
 Commoueat placidas flebile litus aquas.  
 Intumuisse iuuat, rapidosq; inuolucere fluctus,  
 Acribus inuchere & motibus exequias.  
 Allue funebres nunc Hesiade Fulda susurros,  
 Et lachrymas udis funde Vierra uadis,  
 Vrge tuos subitos piscoseq; Lene fluentos,  
 Non alio potius funere pronus eas.  
 Quiq; soles uarias hinc inde reponere merces  
 Luge tibi absumptum flauae Visurge ducem.  
 Magna simul domini cum paruis flumina uestri  
 Funera non siccis illachrymate genis.  
 Iamq; ferox animo turbato Mars pater infit,  
 Ipse sui questus tristia fata ducis,  
 Et tu caue senex longo post tempore tandem  
 Fortis militia, morte perempte iaces.  
 Quam mihi te socio sunt plurima bella peracta,  
 Multaq; quam forti capta trophæa manu.  
 Morte iaces timida prostratus pectore nobis,  
 Audaci fueras qui nihil inferior.  
 Quantus eras memini, rutulis quam saeuis in aruis,  
 Cum medios rueres fortiter in cuneos.  
 Quam iactabundo similis, quam letus obibas

Strenua communis munera militie,  
 Milite te iuvene & duce Cesare Maximiliano  
 Laus uiguit nostra, & gloria nostra stetit.  
 Nam dubios quanquam sunt multa pericula casus,  
 Fortia sunt laudem facta secuta tamen,  
 Inuictoq; animo mala me presente tulisti,  
 Multa sed hortatu (Cesar ut ipse) meo.  
 Te socio tumidos fudit me autore Bohemos,  
 Fractaq; Flammurgis colla scelesti dedit.  
 Ac uestra Heluetij, Veneti sub lege, Sicambri  
 In festo ponunt arma recepta loco.  
 Et quoniam hæc inter finestus prælia casus  
 Sæpe fuit, uirtus non labefacta tamen.  
 Ambiguo duram passi discrimine sortem,  
 Et uestram quassa est aura maligna ratem.  
 Si non aspirat rebus fortuna gerendis  
 (Semper in humanis lubrica Diua plagis)  
 Si non respondet magno fortuna labori,  
 Si non uirtuti præmia iusta cadunt.  
 Ast benefacta tamen nec iniqua laude ferantur,  
 Consilia euentu nec metienda suo.  
 Semper honesta quidem uera ratione probantur  
 Consilia, & meritis stant bene facta suis.  
 Utq; tua grauius læsum erigis Aemylianum,  
 Iam iam casurum subueniente manu:  
 Sic tandem ex auidis mitrati faucibus hostis,  
 Et patriam & populos eripis ipse tuos.  
 Nobilis exemplum sectans illustre Camilli,

Qui patriæ uindex & fuit ipse suæ.  
 Nunc Mahometigenas quum me duce rursus in hostes  
 Militiam Diuus Carolus ire uolet.  
 Te, paribusq; tibi, quorum fortissima uirtus,  
 Quam sibi nunc uideo, conspicua, esset opus.  
 Qui si forte minus studia hæc iam corpore possent,  
 Consilio uellent nostrâ iuuare suo.  
 Quare immaturum rapuit mors improba te, qui  
 Debebas tantis rebus adesse mihi?  
 Sic uisum immitti consumens omnia leto,  
 Sternere quod semper robora nostra solet.  
 Crudeles nulli (tanta est dementia) Parcæ  
 Regi seu Heroi parcere uelle uides.  
 Qui magnorum operum belli patrator eras, nunc  
 Debita in Elysia præmia ualle feres.  
 Ergo uale immortale meum decus, arma tenentem  
 Me ire aliò celerem classica signa iubent.  
 Dum concerto sis operor mea munia terris,  
 Tu positis armis regna quieta coles.  
 Atq; ita dimissum fugiente à Marte sepultum  
 Excipiunt umbræ nocte silente piæ.  
 Maxima cum multis comitata umbra Aemilianæ  
 Conspicua ante alias obuia prima uenit.  
 Proxima patris erat Guilhelmi, tertia fratris,  
 Quos comitabantur millia multa uirum.  
 Sic simul abducta est nunc illius umbra beatæ  
 Incolat, ac alio uiuat in orbe, domos.  
 Quare age non consternatum decet esse, sed ipsum

Collige te, & uires sume Iacobe tuas.  
 Funde preces, tumulo uenerabile corpus auito  
 Pone, & in exstructos frigida membra rogos.  
 Ad lectum misere fata infelicia flent em  
 Me tenuit moriens deficiente manu.  
 Ac mihi nescio quæ dabat ultima uerba gementi,  
 Sed memini, & semper sic meminisse uolo.  
 Sumq; aliorum humili complexus carmine luctus,  
 Si forte hac possem parte leuare tuum.  
 Officij nostri, quoq; muneris esse putabam,  
 Manibus illius triste poëma dare,  
 Manibus inferias heu soluimus illius inquam,  
 Dignus erat uena qui meliore cani.  
 Ista legenti etiam sublimis imago recurret  
 Principis, innumeris quæ fuit aucta bonis.  
 Ergo uale Dux de patria meritissime gente,  
 Debetur factis gloria uiua tuis.  
 Et quoniam patrijs nunc es tumultatus in oris,  
 Sedulus ut tua sint ossa quæta precor.

Finis.

EPITAPHIUM EIVSDEM HAGE-  
 noꝝ parieti, ubi reconditus est, adfixum, D. Iustino  
 Goblero Autore. Ipse loquitur.

**C**onditus hic ego sum Brunsvigū fortis Ericus,  
 Tempore dux præstans Maxmiliane tuo.  
 Dum sequor illius iam culmina bina nepotes,  
 Atq; meum testor sedulus officium,

Abflu-

Abstulit infelix, & detestabile uentris  
 Profluuium patrio me procul ecce solo.  
 Scilicet inuidit patrijs me Hagenoa sepulchris,  
 Ut tegetet tumulo corpora nostra suo.  
 Canus eram fateor, transgressus forsitan annos  
 Septuaginta, tamen corpore firmus eram.  
 Temporibus belli semper sum signa secutus  
 Fortiter in hostes Maxmiliane tuos.  
 Nunc quoq; idem constans diuisq; nepotibus ipsa  
 Dum iaceo hic testor morte ministerium.  
 Ergo uxor sobolesq; uale, tuq; unica Ericæ  
 Spes patriæ, pectus pectoris ipse mei.

## Aliud eodem Autore.

Τῷ δὲ τάφῳ λέεεται μὲν αὐτὴρ τε Διόφρον Εριμος  
 ἡερίστροφος ἐν πολέμοις, πῶττιος ἐν πόλεσι.  
 πολλ' ὑπὲρ αὐθιγῆς, ἡὲ πᾶστας πῆματα ἤρου  
 ἰέμενος σώσειμ ἀρνύμενος τ' ἔπαθον.  
 ἐνθ' ἄλλοι μὲν πᾶντες ὅσοι φύγον ἀπειὸν ὄλεθρον,  
 ἔμπεδος ἀλλὰ μένει εἰς ἐριθαινέμενος.  
 ἀλλεμος ἐντε σίχαις ἀνδρῶν, ἡὲ φαίδιμος αἰεὶ  
 ἐν πρώτοις πρώτος, σπῆ δὲ μὲν ὡςτε λέων.  
 εἰ δέ τις ἐν πᾶστων πολέμοις μέγαν ἔσχον ἔπαινομα  
 οὗτος ἔχει πολλὸν, ἡὲ φθόρον οὐ φέρεται.  
 ὡς ἀμαρῆς πῶματος ἴσπει μέγαν Αἰμυλιαίου,  
 ἡωνὸς σφετέρως καὶ λυότ' εἰς θανάτον.  
 οὐ πᾶσ' ἀνθρώποι αἰεὶ ἡερίστροφος ἐστὶ μέγιστον,  
 μοῖρα μὲν οὐδὲ ἀγαθῶν φείδεται, οὐδὲ ἡανῶν.  
 χαῖρε γλονὸν πᾶσρα μετὰ γόνυαῖς πᾶσι φίλοισι



οὐκ ἔσομαι ἀνδρωτής, καὶ τοσούτῃ ἰδέε τοσούτῃ.  
 γυνὴ δὲ μὲν ἐν πατρίδος ἐγὼ ἀπωλώλενα αἴμα,  
 σῶμα τάφος τηρεῖ, οὐρανὸς ἀλλὰ ψυχῆν.

Latine sic ferè ad uerbum.

Hac iacet Ericus tumba, Mauortius Heros,  
 In belli fortis tempore, pacis item.  
 Pro Domino, patriaq; tulit discrimina multa,  
 Multaq; quo cupidus commoda utriq; daret.  
 Non ut degeneres unquam se forte fugare est  
 Passus, at audaci restitit usq; manu.  
 Strennuus ante alios in pugna, clarus in armis,  
 Primus apud primos ut stetit ipse leo.  
 Si cui præ reliquis decori est res gesta, profecto  
 Magnum etiam hic extra fert decus inuidiam.  
 Coniunctus sequitur magnum comes Aemilianum,  
 Atq; suos, mortis dum uenit hora suæ.  
 Cuius in humanis semper uis maxima rebus,  
 Quæq; bonos iuxta surripit atq; malos.  
 Ergo uale dulcis patria, uxor, caraq; proles.  
 Non dux, uirq; pater sum sine sanctis.  
 Et cum aliena equidem iaceo tellure sepultus,  
 Cælum animam, tumulus corpus et ossa tenet.  
**EPITAPHIUM ILLVSTRISSIMO**  
 Principi Erico Seniori, Duci Brunswigæ & Lune  
 burgæ D. Iustinus Gobler faciebat.  
 Cum peregre princeps cecidisset fortis Ericus,  
 Nec patrium tegetet mortua membra solum.  
 Ne sine funereis sacris, rituq; iaceret,

Hoc extra patriam nobile corpus humum.  
 Magnanimo instaurat coniunx deuota marito  
 Erico funus Elisabetha suo,  
 Hic ubi congeminant se flumina, Fulda, Vierra,  
 A' queis Munda tuum nobile nomen habes.  
 Hic ubi prisca iacent Diuûm monumenta parentum  
 Brunswigæ gentis stemmata clara Ducum.  
 Scilicet hoc meruit princeps dignissimus, inter  
 Hos patrios cineres & cinerem esse suum.  
 Ergo quisquis amat Virtutem, principis urnam  
 Promeriti digno gratus honore colas.

FINIS.

ALIUD EODEM AVTORE. COL-  
 loquuntur Viator, Et Autor.

- V. Quid p̄opa hæc sibi uult? qd tympana pulsa choriq̄?  
 Quid crebri sonitus murmura mœsta ciuum?  
 Quid strepitus, tumuliq̄? A. Adfertur corpus Erici,  
 Brunswigum illustris principis atq; ducis.
- V. Vnde hoc adfertur? A. Hagenoa, ubi nuper ademptum  
 Profluuio uentris uidimus esse senem.
- V. Hactenus ergo fuit nec dum de more sepultus?  
 A. Necdum, sed patrio danda ea membra solo.
- V. Hæc ubi condentur? A. Catharinæ ad coniugis urnam,  
 Quæ templo hoc plusquam nūc tria lustra sita est.
- V. Dic oro, am e alias qui pulla ueste cateruas  
 Progreditur, qui sit? A. Filius ipse Ducis.
- V. Quæ sequitur? A. Mater, deplorans tanta mariti

Fit-

130 ERICI DVC. BRVNS.

*Funera, natabus Elisabetha tribus.*

V. *Demisso lachrymas uultu quæ fundit amaras,*

*Oraq; singultu concutiente rigat?*

A. *Nobilis aspectu est, etateq; nubilis, inter*

*Treis natas maior filia Elyssa. Vale.*


FINIS.

BASILEAE IN OFFI-

*cina Ioannis Oporini Anno à Christo nato*

*M. D. XLIII. Mense*

*Augusto.*



OCN 696139127

S

